Digitized by Google

37
1 G
18

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# BIBLIOTHECA COISLINIANA,

*OLIM*

# SEGUERIANA;

**SIVE MANUSCRIPTORUM OMNIUM** Græcorum, quæ in ea continentur, accurata deſcriptio, ubi operum ſingulorum notitia datur, ætas cujuſque Manuſcripti indicatur, vetuſtiorum ſpecimina exhibentur, aliaque multa annotantur, quæ ad PALÆOGRAPHIAM GRÆCAM pertinent.

*Accedunt Anecdota bene multa ex eadem Bibliotheca deſumta cum Interpretatione Latina, ſtudio & opera* D. BERNARDI DE MONTFAUCON, *Presbyteri & Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri.*

PARISIIS;

Apud { LUDOVICUM GUERIN, ſub ſigno S. Thomæ Aquinatis. ET CAROLUM ROBUSTEL, ſub ſigno Arboris Palmæ. } viâ Jacobæâ.

M. DCC. XV.

*CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# INDEX CAPITUM.

## PARS PRIMA.

*CONTINET Codices Græcos primæ magnitudinis in folio. Dividitur in Capita septem.*



## PARS SECUNDA.

*Continet Codices in parvo folio & in quarto, atque dividitur in Capita sex.*



Digitized by Google

## PARS TERTIA.

*Complectitur Codices in octavo & aliquot Appendices, & dividitur in Capita quinque.*



## *ERRATA.*

PAginâ 27. lineâ 9. *lege* Hæ. pag. 45. lin. 1. *lege* Hippolyti. p. 76. l. 7. *lege* Pamphilo. *ibid. lin. ult.* Ναυατιανοῖς p. 85. l. 38. *lege* ex quatuor. p. 87. l. 34. *ante 997 adde* anno. *ibid. l.* 14. *lege* Flavianum. p. 88. l. 6. *lege* sancto. p. 91. lin. penult. *lege* homines. p. 97. l. 58. *lege* Dominico. p. 111. l. 36. *lege* Orsisius. p. 104. l. 10. *lege* Dalmatenus. p. 115. l. 29. *lege ἄνθρωπον*. p. 127. l. 27. *lege* duo. p. 129. l. 34. *lege χωρία*. p. 130. l. 15. *lege* Evangelica. p. 136. l. 21. *lege πλείστην* p. 157. l. 33. *dele* &. p. 161. l. 12. *lege* Quod. p. 164. l. 24. *lege* Transfiguratione. p. 171. l. 34. *post* præposuit *pone virgulam.* Ibidem lin. 48. *lege* tunc. p. 176. l. 18. *lege* συνιδών. pag. 185. lin. 15. *lege* Abercii. p. 188. l. 44. *lege* Σινᾶ. Ibid. l. 6. *post* ἀρχιεπισκόπων *adde καὶ παρὰ Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου* p. 189. l. 40. *lege* ἀλκύονα. p. 190. l. 7. ἐγχειρίδιον. p. 191. l. 1. *lege* Orsisii. p. 195. l. 4. *lege* Ægyptii. p. 198. l. 46. *lege* Jejunatoris. p. 207. l. 6. *lege* Manuel. p. 219. l. 38. *lege* categoriæ. p. 237. l. 43. columnâ 1. *lege* Φιλάλων. p. 238. l. 37. *lege* δύο. p. 240. l. 12. *post* capitibus *adde* aliquot. p. 251. l. 41. *post* Macario *adde virgulam.* p. 275. l. 4. *lege* Hebraïcarum. Ibid. l. 32. *lege* Hippolyti. p. 276. l. penult. *post* solum *adde* iis. p. 282. l. 9. *lege* Oebotas. p. 286. l. 36. *lege* XV. pag. 288. l. 6. *lege* Phthiotis. Ibid. 48. *lege* Dora. p. 327. lin. penult. *lege* εἴρηνα. p. 354. l. 56. *lege* Ægyptius. p. 361. lin. antepenult. *lege* stimulatur. p. 373. l. 20. *lege* intentus. p. 397. l. 26. *lege* Hoc. p. 404. l. 10. *lege* Theologico. p. 405. l. 21. *lege* Carthagine. p. 416. l. 35. *lege* Theodoreti. p. 430. l. 31. *lege* Aratus. p. 446. l. 4. *lege ὑμᾶς*. p. 455. l. 29. *lege* conferendum. p. 458. l. 13. *lege* περιών. p. 461. l. 13. col. 2. *lege* λαῖτμα. p. 490. l. antepenult. πολιτῶν. 520. l. 7. col. 2. *lege* Sosipater. p. 511. l. 55. *lege* tetrarchiæ. p. 555. l. 9. *lege* κατήριξεν. p. 585. l. 15. *lege* Asiæ. p. 586. l. penult. *lege* Monembasia. p. 597. l. 16. *lege* Στησίχορος. 598. l. 21. *lege* Zacharias. p. 612. l. 30. *lege* πεντακισχιλίοις.

PRÆFATIO



# PRÆFATIO.

INTER ea quæ a viris doctis ad rem litterariam ornandam in dies suscipiuntur officia, nullum utilius eo quod expurgandis veterum libris tribuitur. Cum enim quidquid est eruditionis tum sacræ tum prophanæ, ex antiquis Scriptoribus hauriatur, operæ pretium faciunt quotquot illos litterarum fontes puros nitidosque ad nos manare curant. Nemo autem inficias eat, nonnisi Manuscriptorum subsidio posse hanc operam cumulate præstari. Dum enim conjecturis tantum res agitur, incertæ plerumque pro vitiatis, imo non infrequenter pro incertis lectiones substituuntur. Quamobrem ad veterum Codicum autoritatem recurrat oportet, qui novam alicujus Scriptoris editionem parat. Id in confesso apud omnes est. Si quis enim aliquem emendare Scriptorem aggrediatur, manuscriptos Codices undique perquirit, certum habens non posse aliâ viâ rem feliciter peragi.

Verum non idem animus iis semper est, qui Bibliothecas penes se habent. Nam ut sunt nonnulli qui liberali manu viris doctis, si quos habent manuscriptos Codices, ad novas adornandas editiones suppeditant; ita non pauci reperiuntur qui hujusmodi libros inutiliter ita comparant, ut ad eos aditum eruditis omnibus intercludant, ac cum magno Reipublicæ litterariæ dispendio, publico usui subducant, in quos præclare conveniunt hæc Isidori Pelusiotæ ad Simplicium dicta: *Idem facis quod ii qui frumentum recondunt, ac tineas alunt. Nam libri quoque tinearum patres ac nutritii fiunt, cum vinciuntur. Quare opibus tuis utere, & eruditionem ne læde: nimirum hic quoque comicos sales tibi colligens, dum librorum corruptor, aut librorum sepulcrum, aut tinearum altor appellaris.*



Digitized by Google

Longe meliori consilio vir Excellentissimus & Illustrissimus HENRICUS CAROLUS DU CAMBOUT DE COISLIN, Dux & Par Franciæ, Episcopus Metensis, cum Bibliothecam insignem illam ab eximio viro PETRO SEGUERIO, Franciæ Cancellario, proavo materno suo paratam, hereditario jure accepisset, pro innata beneficentia se munus per quam gratissimum Reipublicæ litterariæ daturum esse putavit, si nobilissimæ illius partis nempe Manuscriptorum Græcorum peramplum catalogum edi curaret, ut noti hac opera Codices in eruditorum usum cederent. Re mecum ille communicata, non me cunctatorem & hac in re formidolosum reperit. Laudavi consilium; & me, si quam putaret diuturno usu hac in re consecutum experientiam, ad eam suscipiendam provinciam libens obtuli. Nec mora illo annuente & hortante, facultatesque subministrante, manum operi admovere cœpi. Antequam vero quid in eo adornando Catalogo præstiterim, & quam methodum sequutus sim, aperiam, haud abs re erit de Bibliotheca illa pauca præmittere.

PETRUS igitur SEGUERIUS Franciæ Cancellarius, litterarum litteratorumque cultor eximius, manuscriptos Codices undique collegit, non Latinos modo & vernaculâ linguâ exaratos, sed etiam Orientales, nempe Hebraïcos, Syriacos, Arabicos, Copticos, itemque Slavicos, omnigenæ litteraturæ; Græcos autem plusquam quadringentos non modo ex variis Europæ partibus, sed etiam ex Oriente huc comportatos. Hi ut plurimum antiquissimi præstantissimique sunt. Quodque prorsus mihi novum & insolens visum est, eorum fere dimidia pars ex Monasteriis montis Atho educta est. Nam, ut in Palæographia Græca dixi pag. III. nullum hactenus videram Codicem ex monte Atho in Bibliothecas nostras exportatum. Qui porro ex illis Monasteriis educti sint, suo loco monere non negleximus. Tanto demum studio eximius ille Cancellarius Codices perquisivit, ut qui in ejus Bibliotheca hodie exstant cujusvis linguæ Manuscripti ad quatuor circiter millia numerentur. Horum autem omnium catalogum, cum ea qua par est accuratione eademque diligentia, quam circa Græcos Codices exhibui, in publicum emittere, præterquam quod longioris operæ fuisset, cur non licuerit causæ non defuerunt. Quare usus exemplo Petri Lambecii, qui ex Bibliotheca Cæsarea paucis præmissis Latinis Codicibus iisque ut plurimum recentioribus, Græcorum tantùm amplissimum catalogum edidit, Græcis solùm operam dare satis habui.

Etsi autem Petri Lambecii conatum laboremque perutilem laudandumque censeam, ab ejus instituto tamen non parum recessi. Ille siquidem omnia, quæ sese primum offerebant, licet ad Codicum notitiam parum vel nihil conferrent, passim admiscuit: res omnino peregrinas, monumenta vetera, Epistolas vel suas vel ad se missas adjunxit; ita ut in proposito habuisse videatur quanto plura posset volumina edere, & vere sit τὸ πάρεργον μήκιον τοῦ ἔργου. Nobis hic unus scopus fuit, ut ne quid ad plenam Codicum notitiam necessarium prætermitteremus, neve quidpiam inutile admisceremus aut peregrinum: quod nemo eo a nobis consilio dictum existimet, ut Lambecii famam obscuremus, cujus sane πάρεργα, multa licet sint, non suo fructu vacant. Alioquin his in rebus cuique li-

Digitized by Google

cet arbitratu suo agere. Id porro monendum censeo, etsi Manuscripti Græci Cæsarei plus quàm sexcenti a Petro Lambecio memorentur ac describantur, in Bibliotheca vero Coisliniana Græci Codices quadringentorum numerum parum excedant; hanc tamen foliorum numero parum illi concedere nullo negotio quisque comperiet: nam in utraque cusa Bibliotheca cujusque Codicis folia recensentur. Licet autem inter Coislinianos Codices Græcos in quovis litterarum genere non pauci præstantissimi occurrant, in duplici tamen genere aliis quas vidi Bibliothecis hæc anteponenda videtur, in Manuscriptis scilicet Biblicis, atque in Lexicis, quorum unum, videlicet CCCXLV. ineunte decimo sæculo scriptum, omnium hactenus inspectorum præstantissimum est, cujus ideo ampla specimina dedimus.

Hi igitur duo Bibliothecarum catalogi, Cæsareus nempe & Coislinianus, illa diligentia & accuratione concinnati sunt, ut nihil ultra ad Codicum manuscriptorum notitiam desiderari videatur. Antea vero jejuni aliarum Bibliothecarum indices solum editi fuerant. In his autem omnia indicantur, quæ in eruditorum cujusque generis usum cedere valent. Ut susceptæ autem operæ ratio postulabat, ætatem singulorum Codicum ab initio indicavi: Librariorum notas quæ vel scriptionis tempus exprimerent, vel locum ubi exarati fuerant, vel ad quem pertinuerant, adscripsi. Tum si qua alia a primo Calligrapho aut ab aliis subsequentium temporum lectoribus notatu digna, in fronte sive ad calcem vel in marginibus scripta sint; ea suis locis apponere non neglexi. Inter eas autem notas non paucæ historicæ occurrunt; exempli causâ, Michaëlem Palæologum anno 1269. binas legationes ad S. Ludovicum Francorum Regem misisse, ipsique Codicem Evangeliorum Græce in donum obtulisse, qui jam exstat in hac ipsa Bibliotheca Coisliniana: itemque Manuëlem Palæologum Imperatorem, pacatis cum Joanne consorte rebus, Venetorum triremes conscendisse anno 1400. annotato profectûs die, ut in Galliam suppetias rogatum accederet. Sunt & aliæ hujusmodi bene multæ notæ, quas quisque observare potest vel in ipsis locis vel in alphabetico Indice, quem a Joanne Firmino nostro concinnari curavimus.

Opera omnia indicavimus cum Auctorum nomine. Prima quoque Opusculorum verba ut plurimum exscripsimus, ubi scilicet in eruditorum cujusvis generis commodum cessurum esse putavimus. Cum vetustissimi Codices unciali charactere occurrunt, scriptionis specimen edimus, rati in votis studiosorum esse, ut exempla hujusmodi exhibeantur; quoniam, ut in Palæographia Græca non semel diximus, hujusmodi manuscripti Codices rarissimi sunt. Ubi Auctores occurrunt quorum Manuscripti rari sunt, variarum lectionum specimina eruditis offerenda duximus; ut si qui novam eorum editionem concinnare in animo habeant, hos consulere Codices non graventur. Ad hujusmodi enim usum præstantissimus Antistes hunc catalogum publicum fecit, neque abnuet rogantibus ut sibi varias lectiones excipere liceat. Trium porro Manuscriptorum varias lectiones omnes protulimus, Joannis nempe Xiphilini, cujus sat rari sunt Manuscripti, Alexiados Annæ Comnenæ, quæ in Edito non paucis in locis mire deformata est, & Geographiæ Claudii

Ptolemæi, quæ in Manuscripto quodam Bibliothecæ Coislinianæ toto cœlo differt a Bertiana editione.

Anecdota opera non pauca in hac Bibliotheca passim habentur, quorum alia magnæ molis sunt; exempli causa Epistolæ Theodori Studitæ, quarum ne dimidium quidem edidit vir eruditissimus Jacobus Sirmondus; Amphilochia Photii; ut taceam alia etiam prolixiora, sed minoris pretii, verbi causa Gregorii Palamæ opera omnia, & bene multa quæ quisque in decursu hujus Editi passim animadvertet. Horum vero accuratam exhibere notitiam satis habui. Alia porro breviora opuscula, tum etiam ἀποσπάσματα alicujus momenti, quæ commode in hoc libro locum habere poterant, ne diutius laterent, edi curavi; delectu scilicet habito, iisque rejectis quæ lucem non merebantur. Sunt autem quæ publicavimus, non argumento tantum, sed etiam pretio disparia. Cum enim omnibus laboremus, variorum optatis facere satis in animo habuimus. Etsi vero meam amicorumque operam adhibuerim, ne quid velut ἀνέκδοτον ederem, quod jam publici juris esset, nescio an in tanta Opusculorum & fragmentorum sylva quidpiam reperiatur, quod diligentiam fefellerit nostram. Id autem si acciderit, mihi dicam impingi nolim, quandoquidem tot tantaque in variis Europæ partibus edita fuere, ut admodum difficile sit omnium & singulorum notitiam assequi. Quia vero illa anecdota seu Opuscula seu fragmenta magno numero sunt, prolixiorum tantum hîc catalogum edere non abs re fuerit.

PRIMUM ANECDOTON est librorum Veteris Testamenti vetustissima in capita divisio, quæ quidem divisio duplex notatur in Pentateucho & in libro Josue. Suntque illæ duæ divisiones inter se prorsus diversæ. In libris autem Judicum & Ruth alia est ratio, ut suo loco videas. In libris item Regum duplex in capita distributio observatur. Illam vero utramque desumsimus ex primo Coislinianæ Bibliothecæ Codice manuscripto, qui tum vetustate tum elegantia inter præstantissimos Europæ numeratur. Ideo autem illas Librarius notandas duxit, quia ambæ variis vel locis vel temporibus in usu fuerunt. Ne vero illas plane integras daremus, prohibuit temporum injuria, quâ aliquot tam eximii libri particulæ perierunt. Ad hæc autem totus Regum liber quartus cum postrema tertii parte interiit. Ex Codice item octavo elegantissimo decimi sæculi, excerpsimus capita cum argumentis librorum duorum Paralipomenôn, librorum Tobiæ sive Tobith, itemque Judith & Esthetis. Harum porro in capita divisionum haud spernendus usus erit: plerumque enim in Editis atque Manuscriptis, maximeque in Catenis, capitum quæ memorantur numeri cum his conveniunt.

SECUNDUM ANECDOTON est catalogus ingens operum Severi Antiocheni Patriarchæ, Acephalorum principis, Sermonum nempe, Syntagmatum, Apologeticorum, Polemicorum, Epistolarum, aliorumque opusculorum, quæ paucissimis exceptis hactenus ignota fuerant. Horum autem maxima pars eruta sunt ex Catenis Coislinianis, ubi ex opusculis Severi ἀποσπάσματα bene multa comparent præmisso Auctoris nomine. Ex Epistolarum vero titulis multi Antistites, insignesque utriusque sexus homines noti evadunt.

TERTIUM

TERTIUM ANECDOTON, Severi ejusdem Archiepiscopi Antiocheni Concordantia Evangelistarum circa ea quæ in sepulcro Domini, quo die resurrexit a mortuis, contigerunt. Item de sabbatis & de varietate exemplarium S. Marci Evangelistæ. Eadem autem methodo procedit, ut Evangelistarum consonantiam probet, qua hodierni concordantiarum Auctores, qui ævo nostro bene multi prodiere. Vereor tamen ut qui hujusmodi studiis dant operam, Severi explanationibus adstipulentur.

QUARTUM ANECDOTON ex Codice XXV. p. 78. Est Pamphili Martyris expositio capitum Actuum Apostolorum. Præmittitur ibidem præfatiuncula sancti Scriptoris, deinde capitibus 40. argumenta historiæ Actuum minutatim exhibentur. Opusculum est γνήσιον, argumenta vero illa in nonnullis Bibliis editis sine præfatione exstant.

QUINTUM ANECDOTON est Styliani opusculum de Trinitate, ubi minutatim omnia, quæ ad tantum mysterium spectant, explicantur. Erat autem Stylianus cognomento Mappa Neocæsareæ in Euphratesia Metropolita, qui Constantinopolitanæ quartæ Synodo subscripsit anno 870. Prodit hæc fidei expositio ex Codice hujus Bibliothecæ XXXIV. habeturque paginâ hujus Editi 88.

SEXTUM ANECDOTON est Michaëlis Syncelli libellus de orthodoxa fide, ubi omnia fidei capita clare & dilucide enunciantur. Erat Michaël Hierosolymitanus Presbyter, florebatque sæculo nono tempore Theophili Imperatoris. Habetur in eodem Codice XXXIV. & editus est hujus Bibliothecæ pag. 90.

SEPTIMUM ANECDOTON est libellus Theodori Scythopolitani Episcopi, oblatus Justiniano Imperatori, & Patriarchis Eutychio Constantinopolitano, Apolinario Alexandrino, Domnino Antiocheno & Eustochio Hierosolymitano. Is ipse Theodorus postquam Origenis, quem atheum & impium vocat, errores sectatus fuerat, tandem resipiscens, ejus dogmata hoc in libello anathemate damnat, ac duodecim anathematismis totidem impia doctrinæ Origenianæ capita proscribit. Vtrum autem Origenes errores illos omnes vere docuerit, non convenit inter doctos. Prodit autem egregium opusculum ex eodem Codice XXXIV. habeturque hujus Bibliothecæ pag. 94.

OCTAVUM ANECDOTON est epistola Nicænæ II. Synodi ad Alexandrinam Ecclesiam circa sacras Imagines: ubi notandum est ea solum quæ in principio habentur esse secundæ Nicænæ Synodi, cætera vero sæculo undecimo adjecta fuisse. Hîc notatu dignæ sunt faustæ apprecationes, nominatim enunciatis Patriarchis, Episcopis, viris insignibus & Imperatoribus qui catholice de Imaginibus senserunt; contra vero anathemata aliis de imaginum cultu prave sentientibus dicta. Excerptum hoc opusculum ex eodem Codice XXXIV. exstat pag. 96. hujus Bibliothecæ.

NONVM ANECDOTON est decretum editum circa unionem Synodi cujusdam Constantinopolitanæ sub Alexio Comneno cum Leone Chalcedonensi Metropolita, qui cum libellum edidisset contra sanctarum imaginum cultum, abjurato errore suo ad Ecclesiæ communionem

reductus est. Synodo aderant cum Imperatore aulici ministri, quorum nomina & officia magno numero recensentur. Aderant item Episcopi quamplurimi, Abbates quoque & Monachi multi. Erutum autem est ex Codice XXXVI. habeturque pag. 103. hujus Bibliothecæ.

DECIMUM est opusculum de ritu celebrandi liturgiam in Monasteriis sacrarum virginum. Ex eodem Codice p. 110.

UNDECIMUM, fragmentum Athanasii ex sermone de fide. Hunc sermonem a Theodoreto non semel memoratum edidimus in collectione nova Patrum Tom. II. sub initium, sed plerisque in locis mutilum. Hoc autem fragmentum longiusculum ibi desideratur. Prodit autem ex Codice XXXVII. habeturque pag. 112. hujus Bibliothecæ.

DUODECIMUM, sunt quatuor tabellæ depictæ carminibusque ornatæ, in quarum prima repræsentatur Nicephorus Botaniates Imperator in throno sedens, cui adstat Anagnostes Sabas Monachus. In secunda tabella Christus Imperatori Nicephoro dexteram, Imperatrici Mariæ sinistram manum imponit. Stant autem uterque conjux imperatorio amictu. Tertia tabella exhibet Imperatorem in aureo throno sedentem, cui a dextris & a sinistris adstant quatuor primi Imperatoriæ aulæ ministri, cum suo singuli cultu & officii nomine. In quarta tabella Imperator repræsentatur habens a dextris S. Joannem Chrysostomum, a sinistris vero S. Michaëlem Archangelum qui in Chonis celebrabatur. Hæ porro tabellæ sunt in Codice LXXIX. exhibenturque pag. 134. & sequentibus hujus editionis.

DECIMUM TERTIUM est catalogus epistolarum sancti Theodori Studitæ, quæ magno numero habentur in duobus Codicibus nempe XCIV. & CCLXIX. ambobus optimæ notæ. Jure autem hunc catalogum inter Anecdota repono, licet nonnisi titulos & initia adferam; quia in primo Codice sunt epistolæ quingentæ quadraginta octo, quarum vix dimidiam partem edidit vir doctissimus Jacobus Sirmondus; ex iisque quas publicavit multæ laceræ ex utroque Codice sarciri possunt. In Codice autem CCLXIX. antiquissimo noni sæculi non paucæ reperiuntur quæ nec in edito Sirmondi, nec in priori Coisliniano Codice exstant. Prioris Codicis num. XCIV. catalogus exstat hujus Bibliothecæ p. 144. Alterius vero num. CCLXIX. p. 312.

DECIMUM QUARTUM sunt hypotheses & argumenta operum omnium Gregorii Palamæ Archiepiscopi Thessalonicensis, quæ in quinque amplissimis hujus Bibliothecæ voluminibus in folio continentur; nempe XCVII. XCVIII. XCIX. C. & CI. Illa porro argumenta in quatuor posterioribus Codicibus totam Palamæ circa lumen Thaboricum & lumen Dei doctrinam complectuntur, necnon disceptationes ejusdem contra Acindynum & Barlaamum adversarios suos. Totam itaque illam in Græcia celeberrimam quæstionem in his argumentis perspicimus. Incipiunt argumenta p. 155. hujus Bibliothecæ, clauduntur vero p. 177. In ultimo autem Codice habentur argumenta Philothei Patriarchæ C. P. circa eamdem quæstionem contra Gregoram, Barlaamum & Acindynum, necnon Synodici tomi tres contra eosdem. Initio Codicis CI. duo folia ad compingendum adhibita sunt, decimo sæculo exa-

rata; ubi fragmentum Vitonis, Βίτωνος, ex libro cui titulus, κατασκευὴ πολεμικῶν ὀργάνων ϗ καταπελτικῶν. In illo fragmento repræsentatur figura gruis, instrumenti bellici, aliquantum diversa ab ea quæ exhibetur in collectione Regia Mathematicorum ubi hic Vitonis liber cusus habetur.

DECIMUM QUINTUM est epilogus ad vitam S. Gregorii Thaumaturgi per S. Gregorium Nyssenum scriptam, admodum quidem brevis, sed notatu dignissimus. Ideoque Lectorem monemus ne cycneam sancti viri vocem oscitanter transcurrat. Est porro pag 180. hujus Editi in Cod. CV. In omnibusque aliis quos vidi tum Editis tum Manuscriptis deest.

DECIMUM SEXTUM est prologus ad scripta Antiochi scriptoris Ecclesiastici & Ascetici; ubi de vita ejusdem & modo quo collecta sunt ejus opera, quædam notatu digna leguntur. Prodit ex Codice CXVII. pag. 189. hujus Editi.

DECIMUM SEPTIMUM est canon Scripturæ Sacræ per Nicephorum Patriarcham C. P. quod editum fuerat, sed cum mendis perpetuis, ita ut in versiculorum numeris vix quidpiam sanum occurreret. Ubi notes velim deficiente characterum forma nos millenarios numeros sine subscripta lineola posuisse: verum id eruditos morari nequit. Inter apocryphos hoc in libello Apocalypsin numerari non est quod mireris: non enim defuere variis temporibus qui hunc sacrum librum inter Canonicos non admitterent, nec a Joanne Apostolo editum putarent. Ego vero non existimo Apocalypsin a Nicephoro ad apocryphos ablegatam fuisse. Nam certum est illius tempore Ecclesiam Constantinopolitanam hunc librum inter Canonicos admisisse, sed quispiam fortasse postea in Nicephori Canone Apocalypsin temere ex Canonicis expunxerit, & inter apocryphos locarit. Quæ causa fuisse videtur, ut alius deinceps Apocalypsin in hoc Codice ex apocryphis abraderet, qui tamen eam non inter Canonicos reposuit, ut debuerat. In sequentibus autem opuscula duo observabis, quibus probatur Apocalypsin vere Canonicam esse Scripturam & a Joanne Apostolo editam fuisse. Prodit hoc opusculum ex Codice CXXXIII. habeturque pag. 204. hujus Bibliothecæ.

DECIMUM OCTAVUM est prologus ad Historiam Byzantinam Joannis Scylitzæ, longe prolixior eo qui præmittitur historiæ Georgii Cedreni; & non pauca de Scriptoribus Historiæ Byzantinæ nova & notatu digna continet. Ibi namque recenset scriptor ille Historicos Byzantinos omnes a Georgio Syncello ad suum usque tempus, ac de cujusque methodo carptim loquitur. Prodit vero ex Codice CXXXVI. habeturque pag. 202. hujus Editi.

DECIMUM NONUM est specimen sat amplum Lexici Græci quadringentorum annorum, quod desinit cum littera Π. Lexicorum autem, quibus abundat hæc Bibliotheca, specimina prolixa sibi dari peroptant eruditi complures viri. Desumtum est Codice CLXXVII. incipitque pag. 231. hujus Editionis.

VIGESIMUM, est historia Codicis num. CCII. antiquissimi & præstantissimi Epistolarum S. Pauli. Hic porro Codex quinto sextove sæcu-

lo ſcriptus, in Bibliotheca Cæſareæ in Palæſtina cum Codice alio ipſius Pamphili Martyris manu exarato collatus fuit, ut in nota Calligraphi narratur. Ejuſdem Codicis variæ fortunæ ex multis nec dubiis notis recenſentur: ejuſdemque omnia, quæ ſuperſunt & quidem admodum pauca, exhibentur. Characterum ſat amplum ſpecimen datur p. 251. hujus Bibliothecæ.

VIGESIMUM PRIMUM eſt confeſſio fidei ex Codice undecimi ſæculi, in qua omnes hæreſiarchæ ii ſcilicet, qui tales a Græcis jure an injuria habentur, numero viginti novem, nominatim proſcribuntur, hujus Bibliothecæ p. 265.

VIGESIMUM SECUNDUM eſt Epiſtola Athanaſii ad Papam & ad Clerum Perſarum, quæ quidem Epiſtola Latine a nobis edita fuit inter ſpuria Athanaſii anno 1698. ſed Græca nondum edita fuerant. Prodit ex Codice CCXI. habeturque pag. 270. hujus Editi.

VIGESIMUM TERTIUM eſt proœmium in Apocalypſin incerti ſcriptoris, qui probat eam vere canonicam ſcripturam, & reſpondet argumentis eorum qui ex ſacro Scripturarum canone illam expungere temere audebant. Prodit ex Codice CCXXIV. decimi vel undecimi ſæculi, habeturque pag. 276. hujus Bibliothecæ.

VIGESIMUM QUARTUM ex eodem Codice prodit, eſtque longe præſtantius opuſculum Oecumenii Epiſcopi Triccæ, Τρίκκης in Theſſalia. Notes velim antehac, cujus civitatis Epiſcopus eſſet Oecumenius, ignotum fuiſſe. Is auctoritate Patrum ineluctabilibuſque argumentis probat Apocalypſin eſſe veram & canonicam ſcripturam. Habetur autem pag. 277. hujus Editi.

VIGESIMUM QUINTUM eſt nobile inſigneque fragmentum Stephani Byzantii de urbibus, non ex Epitome ejus, ſed ex opere ipſo Stephani integro. Hoc fragmentum non ſemel cuſum fuerat ad fidem hujus Ms. ſed ex apographo Samuëlis Tennulii, mendis multis & graviſſimis reſperſo. Nunc prodit emaculatum ex Codice CCXXVIII. cujus octo folia unde fragmentum eruitur, ſunt decimi ſæculi. Habetur autem pag. 281. hujus Editi.

VIGESIMUM SEXTUM eſt quæſtio Photii, *quot Aſterii fuerint*, vel diſtinctio inter Aſterium Catholicum & Aſterium, qui inter primipilares Arianorum Athanaſii tempore numerabatur. Edita fuit a Combefiſio, ſed cum aliquot mendis. Habetur in Codice CCLXX. Amphilochiorum Photii. Editaque eſt breviſſima quæſtio p. 346. hujus Bibliothecæ.

VIGESIMUM SEPTIMUM, quæſtio Photii, *cur laborioſo Herculi Poëtæ Amaltheæ cornu in manibus ponant.* Ex eodem Codice pag. 347. hujus editionis. Novum plane mihi erat Herculem cornu Amaltheæ manu geſtantem repræſentari. Sed caſu quopiam ſingulari accidit, ut dum hæc ederem, Hercules æneus dextera clavam pro more, ſiniſtra cornu copiæ tenens, in Muſæum noſtrum invectus ſit.

VIGESIMUM OCTAVUM, quæſtio Photii, *quot fuerint Sibyllæ.* Ubi de Sibyllarum patria variiſque nominibus multa ſcitu digna paucis refert Ex eodem Codice p. 347.

VIGESIMUM

VIGESIMUM NONUM, ejusdem Photii quæstio, *cujus hæresis esset Eusebius Pamphili.* Aitque illum non modo Arianum, sed etiam Origenianum fuisse. Ex eodem Cod. pag. 347. hujus Bibliothecæ. Notes autem velim duas hasce Quæstiones brevissimas; nimirum de Eusebio Pamphili, & de Hercule cornu copiæ gestante, epistolarum more ferri inter epistolas Photii a Ricardo Montacutio editas Londini anno 1651. ubi ea, quæ ad Eusebium spectat, Constantino Patricio scribitur, estque numero 144. pag. 201. quæ vero de Hercule agit, Λέοντι ἀσπαθαρίῳ, *Leoni Protospat'ario*, non autem *Leonti Aspathario*, ut scribit Montacutius, estque num. 306. p. 209. In ea vero quæ de Eusebio agit, mendæ sunt quædam, interque alias, πολλαὶ pro πάλαι, quæ lectio sensum alio transfert. Amphilochicarum vero Quæstionum non paucæ aliæ epistolæ primum fuerant, quas postea Photius, ablatis titulis & nominibus propriis, Quæstionum more in Amphilochiis posuit.

TRIGESIMUM, ejusdem Photii historia Manichæorum ab ortu hujus hæreseos ad suum usque tempus. Opus prolixum ex eodem Codice desumtum, multa ad historiam Ecclesiasticam opportuna continet. Exstat in hac Bibliotheca a pag. 349. usque ad pag. 375.

TRIGESIMUM PRIMUM, Barsanuphii Monachorum in Palæstina Patris responsiones ad quosdam fratres, qui ipsum interrogaverant circa scripta Origenis, ac Didymi & circa Hecatontadas Evagrii, quæ ibidem vocantur Hecatontades γνωστικῶν. Qui omnes dicebant animas non fuisse creatas cum corporibus, sed malos Angelos ad animanda humana corpora damnatos fuisse; itemque fore *restitutionem* omnium in pristinum statum, suppliciumque damnatorum finem habiturum esse. Ex hisce porro quæstionibus palam est has Origenianas opiniones per Monasteria Palæstinæ pervasisse; etiamque Monachos nonnullos hanc de *restitutione* doctrinam in scriptis Gregorii Nazianzeni se reperisse falso putasse. Non indignum opusculum quod Ecclesiasticæ Historiæ studiosis offeratur, erutum est ex Codice CCLXXXI. habeturque p. 394. hujus Editionis.

TRIGESIMUM SECUNDUM, Marci Monachi adversus Barlaamum & Acindynum liber, ubi sola argumenta capitum referuntur: unde dignoscitur sententia Marci aliorumque Palamitarum, qui Barlaamum & Acindynum oppugnabant. Prodit ex Codice CCLXXXVIII. habeturque infra p. 404.

TRIGESIMUM TERTIUM ex Codice CCCXX. qui continet epitomen historiarum Dionis per Joannem Xiphilinum; collectio variarum lectionum, quæ nec paucæ nec spernendæ sunt: incipiuntque pag. 421. desinunt p. 444.

TRIGESIMUM QUARTUM, specimina multa & ampla ex Lexicis præstantissimi Codicis CCCXLV. decimi sæculi; quorum primum est Apollonii sophistæ Lexicon Iliadis & Odysseæ; secundum, Phrynichi Arrabii sive Arabis, ex sophistico apparatu; tertium, collectio vocum ex variis auctoribus; quartum, Timæi sophistæ ex vocibus Platonis, opus a Photio laudatum; quintum, anonymi; sextum, Herodoti vocum Lexicon; septimum, Mœridis Atticistæ Lexicon, quod audio nuper in Anglia typis mandatum; octavum, juris vocabula alphabetico

ordine; nonum, collectio vocum Luciani; decimum, vocabula rhetorica; undecimum, vocabula Octateuchi; duodecimum, vocabula Alexandræ Lycophronis & argumentum operis; decimum tertium, Lexicon Grammatices; decimum quartum, vocabula quæ in Officio Græcorum occurrunt in festis per annum; decimum quintum, opusculum de syntaxi ordine alphabetico. Sequuntur postea opuscula aliquot de syntaxi. Ex sequentibus item Codicibus CCCXLVI. & CCCXLVII. qui Lexica habent, ampla specimina damus. Incipiunt hæc specimina pag. 457. desinunt vero pag. 502.

TRIGESIMUM QUINTUM, Timæi Epistola ad Gaiatianum de Platonicarum vocum collectione, cujus item meminit Photius, ex Codice CCCXLV. pag. 477. hujus editi.

TRIGESIMUM SEXTUM, liber Tacticorum in multis diversus ab Arriani, Æliani & aliorum Tacticis. Ex Codice CCCXLVII. p. 505. hujus Bibliothecæ, desinitque p. 514.

TRIGESIMUM SEPTIMUM, variæ lectiones Alexiadis Annæ Comnenæ ex Codice CCCXI. ipsius ut videtur tempore descripto. Multaque ex iis magni momenti loca resarciri possunt, ita ut longe sincerior possit editio parari. Incipiunt autem p. 521. desinunt vero p. 560.

TRIGESIMUM OCTAVUM, opusculum de maribus, deque divisione orbis in eparchias, sincerius illo quod in Ptolemæi editis habetur. Prodit ex Codice CCCLXIV. p. 581. hujus Bibliothecæ.

TRIGESIMUM NONUM, præfatio ad Aphthonii progymnasmata, quam, quia multa scitu digna continet, & nusquam cusa mihi occurrit, ex antiquissimo Codice CCCLXXXVII. protuli p. 590.

QUADRAGESIMUM, egregium opusculum de disciplinarum & artium inventoribus, quia non cusum reperi, ex eodem antiquissimo Codice edendum curavi.

QUADRAGESIMUM PRIMUM, selecta historica ex Lexicis Coislinianis, quæ vel in Lexicis Suidæ, Pollucis & Harpocrationis non sunt, vel ab iisdem maxime differunt. pag. 603. hujus editionis. Sequitur Tabella abbreviationum singularium, quæ ex Bibliotheca Coisliniana excerptæ sunt, nec in Palæographia Græca observantur.

QUADRAGESIMUM SECUNDUM, variæ lectiones Geographiæ Claudii Ptolemæi ex Codice Coisliniano CCCXXXVII. qui mirum quantum differt ab editis. Agmen vero claudit in hac Bibliotheca.

*NUMERI NOVI MANUSCRIPT. Græcorum Bibliothecæ Coislinianæ, collati cum eorumdem Manuscriptorum veteribus numeris.*

| NUmerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| I. | LVI. |
| II. | LIII. |
| III. | LIV. |
| IV. | CCCLXXXI. |
| V. | CCCLXXXII. |
| VI. | CCCLXXXII. |
| VII. | CCXIII. |
| VIII. | CCXI. |
| IX. | CXXXII. |
| X. | CCXXXIII. |
| XI. | CCCLII. |
| XII. | LXII. |
| XIII. | CCLVI. |
| XIV. | XXVI. bis repetitur infra. |
| XV. | CXLI. semel repetitur. |
| XVI. | XVI. repetitur semel infra. |
| XVII. | CCLIX. |
| XVIII. | CCCXIX. |
| XIX. | XLVI. |
| XX. | XXVI. |
| XXI. | CCXXXVIII. |
| XXII. | CCCLXXV. |
| XXIII. | CCCXV. |
| XXIV. | CCXLI. |
| XXV. | CXXI. semel repetitur. |
| XXVI. | CCXCVI. |
| XXVII. | CCXCVII. |
| XXVIII. | CCLIII. |
| XXIX. | LXXXV. |
| XXX. | CCVI. |
| XXXI. | CCCXXII. |
| XXXII. | CCCLIX. |
| XXXIII. | CVI. semel repetitur. |
| XXXIV. | XLIII. |
| XXXV. | XXXVIII. |
| XXXVI. | CCCV. |
| XXXVII. | CCXXXVI. |
| XXXVIII. | CCXXXVII. |

*NUMERI VETERES MANUSCR. Græcorum Bibliothecæ Coislinianæ, collati cum eorumdem Manuscriptorum numeris novis.*

| NUmerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| I. | CCCXLVIII. |
| II. Non repetitur hic numerus. | |
| III. | CCXIV. |
| IV. | CCLXIII. |
| V. | CCCIII. |
| VI. | CCCXXX. |
| VII. Non repetitur. | |
| VIII. | CCXXVIII. |
| IX. | CCCXV. |
| X. | CXXIII. |
| | CCCXXVIII. |
| XI. Non repetitur. | |
| XII. | CCCXIII. |
| XIII. | CCLX. |
| XIV. | CCCVIII. |
| XV. | CCCXCII. |
| XVI. | XVI. |
| | CCLXXXVII. |
| XVII. | LX. |
| XVIII. | CLIII. |
| XIX. | CCCXXXII. |
| XX. | CCLXXIII. |
| XXI. Non repetitur. | |
| XXII. Non repetitur. | |
| XXIII. | CCIX. |
| | CCCLXIV. |
| XXIV. | CCXV. |
| XXV. Non repetitur. | |
| XXVI. | XIV. XX. |
| | CCXXII. |
| XXVII. | CCCLXXV. |
| XXVIII. Non repetitur. | |
| XXIX. | CCCXIX. |
| XXX. | CCCXVIII. |
| XXXI. | CCVII. |
| XXXII. | CCLXXIV. |
| XXXIII. | LXXIV. |
| XXXIV. | CXVI. |
| XXXV. | CCCLXXXI. |
| XXXVI. | CCCLXXIX. |
| XXXVII. | CLXV. |
| | CCXXXII. |

| Numerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| XXXIX. | LXV. |
| XL. | CCCLXXXVI. |
| XLI. | CCCLIII. |
| XLII. | CCCLXXVI. |
| XLIII. | CCCLXXII. ſemel repetitur. |
| XLIV. | CCLIV. |
| XLV. | CXXXVIII. bis repetitur. |
| XLVI. | CCLXXIX. ſemel repetitur. |
| XLVII. | CLXXX. |
| XLVIII. | CCLXXVIII. |
| XLIX. | CCXCIII. ſemel repetitur. |
| L. | CXCI. |
| LI. | CCXLV. ſemel repetitur. |
| LII. | CCLXXX. |
| LIII. | CXXXVI. |
| LIV. | CCCXCIV. |
| LV. | CXXXIV. |
| LVI. | CCI. |
| LVII. | CCXXXIV. |
| LVIII. | CCCLXXIX. |
| LIX. | LXXII. bis repetitur. |
| LX. | XVII. |
| LXI. 1. | * * * |
| LXI. 2. | CXIV. ſemel repetitur. |
| LXII. | CXXIX. |
| LXIII. 1. | CCLXXXIX. |
| LXIII. 2. | CXVIII. |
| LXIV. | CXCII. |
| LXV. | CXXVIII. ſemel repetitur. |
| LXVI. | CCCXC. |
| LXVII. | CCCXXI. |
| LXVIII. | CCCLXXII. |
| LXIX. | CCCXIV. |
| LXX. | CCCXLVII. |
| LXXI. | CXXVIII. |
| LXXII. | CCCL. |
| LXXIII. | CCCLXXI. |
| LXXIV. | XXXIII. |
| LXXV. | CCXXXV. |
| LXXVI. | XCVII. |
| LXXVII. | CCCXLIX. |
| LXXVIII. | CXXVI. |
| LXXIX. | CCCIX. ſemel repetitur. |

| Numerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| XXXVIII. | XXXV. |
| XXXIX. | CLIV. |
| XL. | CXLIX. CCCXXXI. |
| XLI. | CXCVII. |
| XLII. | CCV. |
| XLIII. | XXXIV. |
| XLIV. | CXCIX. |
| XLV. | CC. |
| XLVI. | XIX. |
| XLVII. | CXCI. |
| XLVIII. | CLXXXVIII. |
| XLIX. | LXXX. |
| L. | CCLIX. CCCLX. |
| LI. | CLXXXIX. |
| LII. | CLXXXV. CLXXXVI. |
| LIII. | II. |
| LIV. | III. |
| LV. | CLXXXIV. |
| LVI. | I. |
| LVII. | CXIV. CXXI. |
| LVIII. Non reperitur. | |
| LIX. Non reperitur. | |
| LX. | CXXVI. |
| LXI. | CXLV. |
| LXII. | XII. |
| LXIII. | CCXXXV. |
| LXIV. | CXVII. |
| LXV. | XXXIX. |
| LXVI. | CCCV. |
| LXVII. | CCCXLIV. |
| LXVIII. | CCCXX. |
| LXIX. | CCLXIV. CCCXVI. |
| LXX. | CCLXXXIII. CCCXLII. |
| LXXI. | CXIII. CCCIV. CCCLXIII. |
| LXXII. | LIX. CCXIX. CCCLXXVIII. |
| LXXIII. | CCC. |
| LXXIV. | CCXXXVII. |
| LXXV. | CCCLVI. CCCLVIII. |
| LXXVI. Non reperitur. | |
| LXXVII. | CCCLII. |
| LXXVIII. | CCCLXVI. |
| LXXIX. Non reperitur. | |
| LXXX. | CCXXX. CCCIX. |

| Numerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| LXXX. | XLIX. |
| LXXXI. | CCC. |
| LXXXII. | CII. septies repetitur. |
| LXXXIII. | CCCXLVIII. |
| LXXXIV. | CXLV. |
| LXXXV. | CCLXXI. |
| LXXXVI. | CCLXXIII. bis repetitur. |
| LXXXVII. | CCXCI. |
| LXXXVIII. | CCCLXIX. |
| LXXXIX. | CLXXXIII. |
| XC. | CCLII. |
| XCI. | CCCLXXVIII. |
| XCII. | CCXII. |
| XCIII. | CVI. |
| XCIV. | CCXC. |
| XCV. | CXVIII. |
| XCVI. | CCCXII. |
| XCVII. | CXXXI. |
| XCVIII. | CCII. |
| XCIX. | CCXV. semel repetitur. |
| C. | CCLXI. |
| CI. | CCCVII. |
| CII. | CXLII. |
| CIII. | CCCXXXIV. |
| CIV. | CCXXXVII. |
| CV. | CXIV. |
| CVI. | CCXLVII. |
| CVII. | XCI. |
| CVIII. | CCLXXXVII. |
| CIX. | CCCIX. |
| CX. | CXL. |
| CXI. | CXIII. |
| CXII. | CCXLII. semel repetitur. |
| CXIII. | LXI. bis repet. |
| CXIV. | LVII. semel repetitur. |
| CXV. | CCX. |
| CXVI. | XXXIV. |
| CXVII. | LXIV. |
| CXVIII. | CCCXVII. |
| CXIX. | CCLVIII. |
| CXX. | CCIX. |
| CXXI. | LVII. |
| CXXII. | CXXIII. semel repetitur. |
| CXXIII. | X. repetitur semel infra. |

| Numerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| LXXXI. | CCCXXVII.<br>CCCXLVI. |
| LXXXII. Non reperitur. | |
| LXXXIII. | CCXCVI. |
| LXXXIV. Non reperitur. | |
| LXXXV. | XXIX. |
| LXXXVI. | CCXVII. |
| LXXXVII. Non reperitur. | |
| LXXXVIII. | CCLXXXIV.<br>CCCXVII. |
| LXXXIX. | CCXCIV.<br>CCCL. |
| XC. | CLXXXVII. |
| XCI. | CVII. |
| XCII. | CXLVII. |
| XCIII. | CCX. |
| XCIV. | CCII. 2. |
| XCV. | CCXVIII. |
| XCVI. Non reperitur. | |
| XCVII. | LXXVI. |
| XCVIII. | CCLIII. |
| XCIX. | CCLVIII. |
| C. | CCLVI. |
| CI. | CCXXVII. |
| CII. | LXXXII.<br>CXXXVIII.<br>CXXXIX. CXL.<br>CXLI. CXLII.<br>CXLIII.<br>CCLXVI. |
| CII. vel CIII. | CCLXVII. |
| CIII. Non reperitur. | |
| CIV. | CCCLXXIII. |
| CV. | CLXIV. |
| CVI. | XXXIII. XCIII. |
| CVII. Non reperitur. | |
| CVIII. | CLVI.<br>CCCXXIV. |
| CIX. Non reperitur. | |
| CX. | CCLXVIII. |
| CXI. | CLV. |
| CXII. Non reperitur. | |
| CXIII. | CXI. |
| CXIV. | LXI. 2. CV. |
| CXV. | CCXXIV. |
| CXVI. Non reperitur. | |
| CXVII. | LXIII. 2. |
| CXVIII. | XCV. |
| CXIX. | CLXXX. |
| CXX. | CL. |
| CXXI. | XXV. CLIX. |

| Numerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| CXXIV. | CCVII. semel repetitur. |
| CXXV. | CXLVII. |
| CXXVI. | LX. |
| CXXVII. | CCXLIV. |
| CXXVIII. | CCXLIX. semel petitur. |
| CXXIX. | CCCLXXIV. |
| CXXX. | CCCLI. |
| CXXXI. | CXLIX. |
| CXXXII. | CL. |
| CXXXIII. | CCCLVII. *al.* CCCLVI. |
| CXXXIV. | CCCI. |
| CXXXV. | CCXCIII. |
| CXXXVI. | CCXLV. |
| CXXXVII. | CCCXX. semel repetitur. |
| CXXXVIII. | |
| CXXXIX. | |
| CXL. | CII. |
| CXLI. | |
| CXLII. | |
| CXLIII. | |
| CXLIV. | CCCXI. |
| CXLV. | LXI. |
| CXLVI. | CCCLXXXV. |
| CXLVII. | XCII. |
| CXLVIII. | CCCLXVI. |
| CXLIX. | XL. semel repetitur. |
| CL. | CCCLXVIII. |
| CLI. | CCXIV. semel repetitur. |
| CLII. | CCXIV. |
| CLIII. | XVIII. |
| CLIV. | XXXIX. |
| CLV. | CXI. |
| CLVI. | CVIII. semel repetitur. |
| CLVII. | CCXLII. |
| CLVIII. | CXXIII. |
| CLIX. | CXXI. |
| CLX. | CXXXVIII. |
| CLXI. | CCCIV. |
| CLXII. | CXXX. |
| CLXIII. | CXXIV. |
| CLXIV. | CV. |
| CLXV. | XXXVII. semel repetitur. |
| CLXVI. | CXCVI. |

| Numerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| CXXII. | CLXXI. |
| CXXIII. | CXXII. CLVIII. |
| CXXIV. | CLXIII. |
| CXXV. | CLXXXII. |
| CXXVI. | LXXVIII. |
| CLXXVII. | Non reperitur. |
| CLXXVIII. | LXV. LXXI. |
| CXXIX. | LXII. |
| CXXX. | CLXII. |
| CXXXI. | XCVII. |
| CXXXII. | IX. |
| CXXXIII. | Non reperitur. |
| CXXXIV. | LV. |
| CXXXV. | Non reperitur. |
| CXXXVI. | LIII. |
| CXXXVII. | Non reperitur. |
| CXXXVIII. | XLV. CLX. CCLII. |
| CXXXIX. | CCLXX. |
| CXL. | CX. |
| CXLI. | XV. CCLXXVII. |
| CXLII. | CII. |
| CXLIII. | CCIV. |
| CXLIV. | CCLV. |
| CXLV. | LXXXIV. |
| CXLVI. | CXCVIII. |
| CXLVII. | CXXV. |
| CXLVIII. | CCXCVII. |
| CXLIX. | CXXXI. |
| CL. | CXXXII. |
| CLI. | CLXXVI. |
| | CCCLXXI. |
| CLII. | CCCXIV. |
| CLIII. | CLXXIV. |
| CLIV. | CCXXXIII. |
| CLV. | Non reperitur. |
| CLVI. | CCCXXI. |
| | CCCLXXII. |
| CLVII. | CCCLXXVII. |
| CLVIII. | CCIII. |
| CLIX. | CCLXIX. |
| CLX. | CCCXLVII. |
| CLXI. | CCCXXVI. |
| CLXII. | CCXCII. |
| | CCCLIV. |
| CLXIII. | CCCLI. |
| | CCCLXXXII. |
| CLXIV. | CLXX. |
| CLXV. | CCLXXXVI. |
| CLXVI. | CLXXV. |
| CLXVII. | CLXVIII. |

| Numerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| CLXVII. | CCXLVI. |
| CLXVIII. | CLXVII. |
| CLXIX. | CCCXVI. |
| CLXX. | CLXIV. |
| CLXXI. | CXXII. |
| CLXXII. | CCLV. |
| CLXXIII. | CXCIX. |
| CLXXIV. | CLIII. |
| CLXXV. | CLXVI. |
| CLXXVI. | CLI. semel repetitur. |
| CLXXVII. | CCXVI. |
| CLXXVIII. | CLXXXVIII. |
| CLXXIX. | CC. |
| CLXXX. | CXIX. |
| CLXXXI. | * * * |
| CLXXXII. | CXXV. |
| CLXXXIII. | * * * |
| CLXXXIV. | LV. |
| CLXXXV.<br>CLXXXVI. | LII. |
| CLXXXVII. | XC. |
| CLXXXVIII. | XLVIII. |
| CLXXXIX. | LI. |
| CXC. | CLXXXIV. |
| CXCI. | XLVII. |
| CXCII. | CCXXII. |
| CXCIII. | CCXCVIII. semel repetitur. |
| CXCIV. | CCXIX. |
| CXCV. | CCCVI. |
| CXCVI. | CCXXIII. |
| CXCVII. | XLI. |
| CXCVIII. | CXLVI. |
| CXCIX. | XLIV. |
| CC. | XLV. |
| CCI. | CCXCV. |
| CCII. | XCIV. |
| CCII. | * * * * |
| CCIII. | CLVIII. |
| CCIV. | CXLIII. |
| CCV. | XLII. |
| CCVI. | CCCLV. |
| CCVII. | CCIV. |
| CCVIII. | XXXI. |
| CCIX. | XXIII. semel repetitur. |
| CCX. | XCIII. |
| CCXI. | CCCLXVII. |
| CCXII. | CCXX. |
| CCXIII. | CLXXIX. |

| Numerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| CLXVIII. | Non reperitur. |
| CLXIX. | CCCLXXXV.<br>CCCLXXXVIII. |
| CLXX. | CCCLXXVI. |
| CLXXI. | Non reperitur. |
| CLXXII. | CCCLXV. |
| CLXXIII. | CCCXCV.<br>CCCXCVI.<br>CCCC.<br>CCCXCVII.<br>CCCXCVIII.<br>CCCXCIX. |
| CLXXIV. | CCCLXXXIX. |
| CLXXV. | CCCLXI. |
| CLXXVI. | CCCLXII. |
| CLXXVII. | CCXXXVIII. |
| CLXXVIII. | CCLXII. |
| CLXXIX. | CCXIII. |
| CLXXX. | XLVII. |
| CLXXXI. | CCCXCIII. |
| CLXXXII. | CCLXXI. |
| CLXXXIII. | LXXXIX. |
| CLXXXIV. | CXC. |
| CLXXXV. | LII. |
| CLXXXVI. | LII. |
| CLXXXVII. | CCCLIII. |
| CLXXXVIII. | CLXXVIII. |
| CLXXXIX. | Non reperitur. |
| CXC. | Non reperitur. |
| CXCI. | L. |
| CXCII. | LXIV. |
| CXCIII. | Non reperitur. |
| CXCIV. | CCLVII. |
| CXCV. | CCXLVIII. |
| CXCVI. | CLXVI. |
| CXCVII. | CCLXXXI. |
| CXCVIII. | CCCXXXIX. |
| CXCIX. | CLXXIII. |
| CC. | CLXXIX. |
| CCI. | LVI. |
| CCII. | XCVIII. |
| CCIII. | Non reperitur. |
| CCIV. | CCVII. |
| CCV. | CCLXXV. |
| CCVI. | XXX. |
| CCVII. | CXXIV.<br>CCXXIX. |
| CCVIII. | Non reperitur. |
| CCIX. | CXX. |
| CCX. | CXV. |
| CCXI. | VIII. |

| Numerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| CCXIV. | III. |
| CCXV. | XXIV. |
| CCXVI. | CCL. |
| CCXVII. | LXXXVI. |
| CCXVIII. | XCV. |
| CCXIX. | LXXII. |
| CCXX. | CCLXIV. |
| CCXXI. | CCCXCIV. |
| CCXXII. | XXVI. |
| CCXXIII. | CCCIII. |
| CCXXIV. | CXV. |
| CCXXV. | CCCXXIII. |
| CCXXVI. | CCCXXXVI. |
| CCXXVII. | CI. |
| CCXXVIII. | VIII. |
| CCXXIX. | CCVII. |
| CCXXX. | LXXX. semel repetitur. |
| CCXXXI. | CCLXXXII. |
| CCXXXII. | XXXVII. |
| CCXXXIII. | CLIV. |
| CCXXXIV. | CCCLVI. semel repetitur. |
| CCXXXV. | LXIII. |
| CCXXXVI. | CCXXIV. |
| CCXXXVII. | LXXIV. |
| CCXXXVIII. | CCCXCV. *al.* CLXXVII. |
| CCXXXIX. | CCLXVI. semel repetitur. |
| CCXL. | CCXXXIX. semel repetitur. |
| CCXLI. | CCLXXII. |
| CCXLII. | CCXCIX. |
| CCXLIII. | CCLXXIV. |
| CCXLIV. | * * * |
| CCXLV. | CCCLXXVII. |
| CCXLVI. | CCCLXI. |
| CCXLVII. | CCCXXXV. |
| CCXLVIII. | CXCV. |
| CCXLIX. | CCXXI. |
| CCL. | CXX. |
| CCLI. | CCXV. |
| CCLII. | CXXXVIII. |
| CCLIII. | XCVIII. |
| CCLIV. | * * * |
| CCLV. | CXLIV. |
| CCLVI. | C. |
| CCLVII. | CXCIV. |
| CCLVIII. | XCIX. |
| CCLIX. | L. semel repetitur. |

| Numerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| CCXII. | XCII. |
| CCXIII. | VII. |
| CCXIV. | CLI. CLII. |
| CCXV. | XCIX. CCLI. |
| CCXVI. | CLXXVII. |
| CCXVII. Non reperitur. | |
| CCXVIII. | CCXCIX. |
| CCXIX. | CXCIV. |
| CCXX. | CCXII. |
| CCXXI. | CCXLIX. |
| CCXXII. | CXCII. |
| CCXXIII. | CXCVI. |
| CCXXIV. | CCXXXVI. |
| CCXXV. Non reperitur. | |
| CCXXVI. Non reperitur. | |
| CCXXVII. | CCCLXIX. |
| CCXXVIII. | CCCLXX. |
| CCXXIX. | CCCLXXXVII. |
| CXXX. | CCCLXXXVI. |
| CCXXXI. | CCCLXVIII. |
| CCXXXII. Non reperitur. | |
| CCXXXIII. | X. |
| CCLXXXIV. | LVII. |
| CCXXXV. | LXXV. |
| CCXXXVI. | XXXVII. |
| CCXXXVII. | XXXVIII. CIV. |
| CCXXXVIII. | XXI. |
| CCXXXIX. | CCXL. CCCXXIII. |
| CCXL. | CCCLXVII. |
| CCXLI. | XXIV. |
| CCXLII. | CXII. CLVII. |
| CCXLIII. Non reperitur. | |
| CCXLIV. | CXXVII. |
| CCXLV. | LI. CXXXVI. |
| CCXLVI. | CLXVII. |
| CCXLVII. | CVI. |
| CCXLVIII. | CCCXXXIII. |
| CCXLIX. | CXXVIII. CCCXXXIV. |
| CCL. | CCXVI. |
| CCLI. | CCCXXXVII. |
| CCLII. | XC. |
| CCLIII. | XXVIII. |
| CCLIV. Non reperitur. | |
| CCLV. | CLXXII. |
| CCLVI. | XIII. |
| CCLVII. | CCLXV. |
| CCLVIII. | CXIX. |
| CCLIX. | XVII. |
| CCLX. | CCCXCIV. |

| Numerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| CCLX. | XIII. |
| CCLXI. | CCLXXVI. |
| CCLXII. | CLXXVIII. |
| CCLXIII. | IV. |
| CCLXIV. | LXIX. semel repetitur. |
| CCLXV. | CCLVII. |
| CCLXVI. | CII. |
| CCLXVII. | CII. vel CIII. |
| CCLXVIII. | CX. |
| CCLXIX. | CLIX. |
| CCLXX. | CXXXIX. |
| CCLXXI. | CLXXXII. |
| CCLXXII. | * * |
| CCLXXIII. | XX. |
| CCLXXIV. | XXXII. |
| CCLXXV. | CCV. |
| CCLXXVI. | * * |
| CCLXXVII. | CXLI. |
| CCLXXVIII. | CCLXIII. |
| CCLXXIX. | CCCXCII. |
| CCLXXX. | CCLXXIX. |
| CCLXXXI. | CXCVII. |
| CCLXXXII. | CCCLVIII. |
| CCLXXXIII. | LXX. semel repetitur. |
| CCLXXXIV. | LXXXVIII. semel repetitur. |
| CCLXXXV. | CCCLIV. |
| CCLXXXVI. | CLXV. |
| CCLXXXVII. | XVI. |
| CCLXXXVIII. | CCLXVIII. |
| CCLXXXIX. | CCCXXXVII. |
| CCXC. | CCCXXXII. |
| CCXCI. | CCCLXX. |
| CCXCII. | CLXII. semel repetitur. |
| CCXCIII. | CCLXXXIII. |
| CCXCIV. | LXXXIX. semel repetitur. |
| CCXCV. | CCCLXIV. |
| CCXCVI. | LXXXIII. |
| CCXCVII. | CXLVIII. |
| CCXCVIII. | CCCLX. |
| CCXCIX. | CCXVIII. |
| CCC. | LXXIII. |
| CCCI. | XXVII. |
| CCCII. | CCCXXIX. |
| CCCIII. | V. |
| CCCIV. | LXXI. |
| CCCV. | LXVI. |

| Numerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| CCLXI. | C. |
| CCLXII. Non reperitur. | |
| CCLXIII. Non reperitur. | |
| CCLXIV. | CCXX. |
| CCLXV. | CCCXXXVIII. |
| CCLXVI. | CCXXXIX. |
| | CCCLXXXIII. |
| CCLXVII. | CCXI. |
| CCLXVIII. | CCLXXXVIII. |
| CCLXIX. | CCCXLV. |
| CCLXX. | CCCXII. |
| CCLXXI. | LXXXV. |
| CCLXXII. | CCXLI. |
| CCLXXIII. | LXXXVI. |
| | CCCLXXXIV. |
| | CCCXCV. |
| CCXXIV. | CCXLIII. |
| CCLXXV. | CCCXXII. |
| CCLXXVI. | CCLXI. |
| CCLXXVII. | CCCLXXX. |
| CCLXXVIII. | XLVIII. |
| CCLXXIX. | XLVI. CCLXXX. |
| CCLXXX. | LII. |
| CCLXXXI. Non reperitur. | |
| CCLXXXII. | CCXXXI. |
| CCLXXXIII. | CCXCIII. |
| CCLXXXIV. | CCCVI. CCCVII. |
| CCLXXXV. Non reperitur. | |
| CCLXXXVI. Non reperitur. | |
| CCLXXXVII. | CVIII. |
| CCLXXXVIII. Non reperitur. | |
| CCCXXXIX. | LXIII. |
| CCXC. | XCIV. |
| CCXCI. | LXXXVII. |
| CCXCII. Non reperitur. | |
| CCXCIII. | XLIX. CXXXV. |
| CCXCIV. | LIV. |
| CCXCV. | CCI. |
| CCXCVI. | XXVI. |
| CCXCVII. | XXVII. |
| CCXCVIII. | CXCIII. |
| | CCCXLI. |
| CCXCIX. | CCXLII. |
| CCC. | LXXXI. |
| CCCI. | CXXXIV. |
| CCCII. | CCCX. |
| CCCIII. | CCXXIII. |
| CCCIV. | XLXI. |
| CCCV. | XXXVI. |
| CCCVI. | CXCV. |
| CCCVII. | CI. |

| Numerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| CCCVI. | CCLXXXIV. semel reperitur. |
| CCCVII. | CCLXXXIV. |
| CCCVIII. | XIV. |
| CCCIX. | LXXX. |
| CCCX. | CCCII. |
| CCCXI. | CCCXXX. |
| CCCXII. | CCLXX. |
| CCCXIII. | XII. |
| CCCXIV. | CLII. |
| CCCXV. | IX. |
| CCCXVI. | LXIX. |
| CCCXVII. | LXXXVIII. |
| CCCXVIII. | XXX. |
| CCCXIX. | XXIX. |
| CCCXX. | LXVIII. |
| CCCXXI. | CLVI. semel reperitur. |
| CCCXXII. | CCLXXV. |
| CCCXXIII. | CCXXXIX. |
| CCCXXIV. | CVIII. |
| CCCXXV. | CCCXXVIII. |
| CCCXXVI. | CLXI. |
| CCCXXVII. | LXXXI. semel reperitur. |
| CCCXXVIII. | X. |
| CCCXXIX. | CCCXXIV. semel reperitur. |
| CCCXXX. | VI. |
| CCCXXXI. | XL. |
| CCCXXXII. | XIX. |
| CCCXXXIII. | CCXLVIII. |
| CCCXXXIV. | CCXLIX. |
| CCCXXXV. | CCCXXXI. |
| CCCXXXVI. | CCCXXV. |
| CCCXXXVII. | CCLI. |
| CCCXXXVIII. | CCLXV. |
| CCCXXXIX. | CXCVIII. |
| CCCXL. | CCCXCIX. |
| CCCXLI. | CCXCVIII. |
| CCCXLII. | LX. |
| CCCXLIII. | CCCXXIV. |
| CCCXLIV. | LXVII. |
| CCCXLV. | CCLXIX. |
| CCCXLVI. | LXXXI. |
| CCCXLVII. | CLX. |
| CCCXLVIII. | I. |
| CCCXLIX. | CCCLXV. |
| CCCL. | LXXXIX. |
| CCCLI. | CLXIII. semel reperitur. |

| Numerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| CCCVIII. | Non reperitur. |
| CCCIX. | LXXIX. CIX. |
| CCCX. | Non reperitur. |
| CCCXI. | CXLIV. |
| CCCXII. | XCVI. |
| CCCXIII. | Non reperitur. |
| CCCXIV. | LXIX. |
| CCCXV. | XXIII. |
| CCCXVI. | CLXIX. |
| CCCXVII. | CXVIII. |
| CCCXVIII. | Non reperitur. |
| CCCXIX. | XVIII. |
| CCCXX. | CXXXVII. CCCLIX. |
| CCCXXI. | LXVII. |
| CCCXXII. | XXXI. |
| CCCXXIII. | CCXXV. |
| CCCXXIV. | CCCXXIX. CCCXLIII. |
| CCCXXV. | CCCXXXVI. |
| CCXXVI. | Non reperitur. |
| CCCXXVII. | Non reperitur. |
| CCCXXVIII. | CCCXXV. |
| CCCXXIX. | CCCII. |
| CCCXXX. | CCCXI. |
| CCCXXXI. | CCCXXXV. |
| CCCXXXII. | CCXC. |
| CCCXXXIII. | CCCLV. |
| CCCXXXIV. | CIII. |
| CCCXXXV. | CCXLVII. |
| CCCXXXVI. | CCXXVI. |
| CCCXXXVII. | CCLXXXIX. |
| CCCXXXVIII. | CCCXC. |
| CCCXXXIX. | CCCXCI. |
| CCCXL. CCCXLI. CCCXLII. CCCXLIII. CCCXLIV. CCCXLV. CCCXLVI. | Non reperiuntur. |
| CCCXLVII. | LXX. |
| CCCXLVIII. | LXXXIII. |
| CCCXLIX. | LXXVII. |
| CCCL. | LXXII. |
| CCCLI. | CXXX. |
| CCCLII. | XI. |
| CCCLIII. | XLI. |
| CCCLIV. | CCLXXXV. |
| CCCLV. | CCVI. |
| CCCLVI. | CXXXIII. CCXXXIV. |

| Numerus novus. | Numerus vetus. |
|---|---|
| CCCLII. | LXXVII. |
| CCCLIII. | CLXXXVII. |
| CCCLIV. | CCCLXII. |
| CCCLV. | CCCXXXIII. |
| CCCLVI. | LXXV. semel repetitur. |
| CCCLVII. | * * |
| CCCLVIII. | LXXV. |
| CCCLIX. | CCCXX. |
| CCCLX. | L. |
| CCCLXI. | CLXXV. |
| CCCLXII. | CLXXVI. |
| CCCLXIII. | LXXI. |
| CCCLXIV. | XXIII. |
| CCCLXV. | CLXXII. |
| CCCLXVI. | LXXVIII. |
| CCCLXVII. | CCXL. |
| CCCLXVIII. | CCXXXI. |
| CCCLXIX. | CCXXVII. |
| CCCLXX. | CCXXVIII. |
| CCCLXXI. | CLI. |
| CCCLXXII. | CLVI. |
| CCCLXXIII. | CIV. |
| CCCLXXIV. | * * |
| CCCLXXV. | XXVII. |
| CCCLXXVI. | CLXX. |
| CCCLXXVII. | CLVII. |
| CCCLXXVIII. | LXXII. |
| CCCLXXIX. | XXXVI. |
| CCCLXXX. | CCLXXVII. |
| CCCLXXXI. | XXXV. |
| CCCLXXXII. | CLXIII. |
| CCCLXXXIII. | CCLXVI. |
| CCCLXXXIV. | CCLXXIII. |
| CCCLXXXV. | CLXIX. semel repetitur. |
| CCCLXXXVI. | CCXXX. |
| CCCLXXXVII. | CCXXIX. |
| CCCLXXXVIII. | CLXIX. |
| CCCLXXXIX. | CLXXIV. |
| CCCXC. | CCCXXXVIII. |
| CCCXCI. | CCCXXXIX. |
| CCCXCII. | XV. |
| CCCXCIII. | CLXXXI. |
| CCCXCIV. | CCLX. |
| CCCXCV. | CLXXIII. |
| CCCXCVI. | |
| CCCXCVII. | |
| CCCXCVIII. | |
| CCCXIX. | |
| CCCC. | |

| Numerus vetus. | Numerus novus. |
|---|---|
| CCCLVII. | CXXXIII. |
| CCCLVIII. | CCLXXXII. |
| CCCLIX. | XXXII. |
| CCCLX. | CCXCVIII. |
| CCCLXI. | CCXLVI. |
| CCCLXII. Non reperitur. | |
| CCCLXIII. | CCLXXVIII. |
| CCCLXIV. | CCXCV. |
| CCCLXV. | CCCXLIX. |
| CCCLXVI. | CXLVIII. |
| CCCLXVII. Non reperitur. | |
| CCCLXVIII. | CL. |
| CCCLXIX. | LXXXVIII. |
| CCCLXX. | CCXCI. |
| CCCLXXI. | LXXIII. |
| CCCLXXII. | XLIII. LXVIII. |
| CCCLXXIII. Non reperitur. | |
| CCCLXXIV. | CXXIX. |
Ιωσήππου περὶ σώφρονος λογισμοῦ, ut in Editione Joſephi. In fine legitur: Μακκαβαίων τέταρτος περὶ σώφρονος λογισμοῦ. τῶν δὲ ἑπτὰ ἀδελφῶν τὰ ὀνόματα ταῦτά ἐστιν· Αντώνιος, Γουρίας, Μάρκελλος, Ευσεβωνᾶς, Αμὸς (al. Αβὸς) Σαμμωνᾶς, Ελεάζαρ ὁ πρεσβύτης. καὶ μήτηρ αὐτῶν Σολομονή.

Ησαΐας,

Ιερεμίας,

Βαροῦχ,

Θρῆνοι Ιερεμίου,

Επιστολὴ Ιερεμίου,

Ιεζεκιὴλ,

Δανιὴλ, cujus initium occupat hiſtoria Suſannæ.

Ωσηὲ, & alii Prophetæ minores eo ordine diſpoſiti quo in Editione Romana.

Ιὼβ, cum additamento in fine, ut in Editione Romana.

Παροιμίαι Σολομῶντος. In fine poſt, καὶ αἰνείσθω ἐν πύλαις ἀνὴρ αὐτῆς, hic verſus additur: ὅτι οὐδὲ ἀνδρὸς πρὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσονται, καὶ κατορθώσουσιν αὐτοῦ τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων.

Ασμα ἀσμάτων, ὅ ἐστι τοῦ Σαλομῶντος. In eo interlocutorum verba diſtincta ſunt, præfixo in ipſo textu nomine illius cujus vices loquendi redeunt. Sic cap. 1. v. 4. [ἡ νύμφη ταῖς νεάνισιν εἶπεν·] εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ. [αἱ νεάνιδες εἶπον·] ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν &c. v. 5. [ἡ νύμφη πρὸς τὰς θυγατέρας Ισραὴλ·] μέλαινά εἰμι καὶ καλὴ &c. v. 7. [ἡ πρὸς τὸν νυμφίον·] ἀπάγγειλόν μοι &c. v. 8. [οἱ νεάνιαι πρὸς τὴν νύμφην·] ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν &c. v. 9. [ὁ νυμφίος πρὸς τὴν νύμφην·] τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε. v. 11. [αἱ νεάνιδες πρὸς τὴν νύμφην·] ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσομέν σοι &c. v. 12. [ἡ νύμφη πρὸς αὐτάς·] νάρδος μου ἔδωκεν &c. Sic in toto libro, quem excipit

Εκκλησιαστὴς,

Σοφία Σολομῶντος,

Σοφία Ιησοῦ υἱοῦ Σιράχ.

Sequuntur ex Novo Teſtamento, 1. Prologus in Epiſtolas Catholicas, 2. Argumenta omnium Epiſtolarum unam in ſeriem congeſta, initio ducto ab Epiſtolis Catholicis.

Acta Apoſtolorum,

Septem Epiſtolæ Catholicæ.

Epiſtolæ Pauli Apoſtoli, præfixis initio cujuſque iiſdem argumentis de quibus ſupra: exceptâ Epiſtolâ ad Romanos, cui nullus præit Prologus.

Apocalypſis Joannis Apoſtoli. Sed hæc pars poſtrema Codicis, ſitu loci in quo diu jacuit, omnino fœdata eſt. Folia exeſa, ſcriptura abſterſa, vix ut aliquod ejus veſtigium ſuperſit.

CODEX num. XIX. olim XLVI. membranaceus, XI. ſæculi, bonæ notæ. Quatuor Evangelia cum Commentariis ex diverſis Scriptoribus quorum nomina tacentur; qua de re vide in ſequenti Codice. Commentaria in Evangelium Matthæi in hoc perinde atque in ſequenti, ſic incipiunt: εὐαγγέλιόν ἐστι λόγος περιέχων ἀγαθῶν ἀγγελίαν. In ſequentibus vero aliquando vel convenit cum illo, vel modo plura, modo pauciora adfert; ſed ſæpius pauciora Commentaria deſinunt in hæc Matthæi verba circiter, μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ. Deinde ab his

ἠλθήνσαν καὶ ἐπισκέψασθε, usque in finem, altera manu textus sine Commentariis descriptus est.

In Marcum Commentaria in hoc perinde atque in sequenti Codice sic incipiunt, πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον. Ex hoc autem principio plura referimus ad sequentem Codicem, quia observatu digna sunt. Commentaria hæc aliquatenus differunt ab iis quæ in Codice XX. occurrunt. Sed in Codice XIX. de quo agimus, longe ante finem Evangelii Marci desinunt.

Initio Evangelii in Lucam adfertur quiddam ex Tito Bostrorum. Scholia longe prolixiora videntur esse, quam in sequenti Codice.

In Joannem quoque Scholia longissima sunt, ita ut post finem Evangelici textûs quindecim folia minuto charactere descripta Commentarium absolvant, quia non potuit in marginibus contineri. In fine vero hæc legitur nota.

Μνησθείη κύριος ὁ θεὸς τοῦ δωρησαμένου καὶ ἀναθεμένου τὴν θείαν καὶ ἱερὰν ταύτην βίβλον ἐν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ τοῦ Ψώχας, προσφόρου καὶ τοῖς προγόνοις αὐτοῦ καὶ τῇ συμβίῳ καὶ τέκνοις· καὶ δωρήσηται αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ τῷ μέλλοντι ἀγαθὰ, εὐχαῖς καὶ ἱκεσίαις τῶν ἁγίων αὐτοῦ τῶν ἀπ' αἰῶνος αὐτῷ εὐαρεστησάντων, πρεσβείαις δὲ καὶ τῆς ἀσπόρως αὐτὸν τεκούσης ἀειπαρθένου Μαρίας καὶ θεοτόκου, τῇ δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ καὶ θεοδόχου σταυροῦ. ἀμήν. εὔχεσθαι δὲ καὶ τὴν εὐχὴν ἐμοῦ τοῦ εὐτελοῦς, τοῦ καὶ τῇ χειρὶ μου δεξαμένου Νεοφύτου, τάχα καὶ δούλου τοῦ τιμίου σταυροῦ ..... ἔτει αφκζ. χριστοῦ, ἐν μηνὶ Ιουνίῳ κ'. ἡμέρᾳ ε'. Postea sequitur altera nota ejusdem temporis, cujus pars exscisso folio excidit; & sic habet.

.... προσεῦσθαι ἱερὰν βίβλον κτησάμενος κύριος Νεόφυτος, ἔδωκεν αὐτὴν ἐμοὶ Συμε (ὼνι.....) μοναχῷ ἐλαχίστῳ, καθηγητῇ καὶ οἰκέτῃ τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου Κίκκου, ἐν ἔτει... τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, ἕνεκα νομισμάτων εἴκοσι· ἃ παρ' ἐμοῦ.... σατο πρὸ τοῦ με καθηγητὴν γενέσθαι, μονάζοντός μου ἐν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ..... μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τῶν Μαγκάνων.

Duarum scriptionum hic sensus est.

*Meminerit Dominus Deus ejus, qui hunc divinum sacrumque librum dedit & consecravit venerando Monasterio pretiosæ & vivificæ Crucis cognomine Psocæ, Prosphori, progenitorum ejus, conjugis & filiorum; & concedat eis bona præsentis & futuri sæculi, precibus & intercessionibus Sanctorum ejus qui a sæculo ipsi placuerunt, necnon ejus qui ipsum sine semine genuit, semper Virginis Mariæ Deiparæ, virtute pretiosæ & vivificæ Crucis quæ Deum sustulit. Amen. Precentur item pro me vili qui propriis ipsum manibus dono accepi, Neophyto, servo pretiosæ Crucis ... anno 1527. Christi, mensis Junii 20. feriâ quintâ.*

*.... Præsentem librum nactus Dominus Neophytus, dedit illum mihi Symeoni Monacho, Præfecto & habitatori venerandi Monasterii sanctissimæ Deiparæ Cicci, anno .... Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, pro nomismatibus viginti quæ a me mutuatus est antequam præfectus essem, cum essem Monachus in venerando Monasterio S. Georgii Manganorum.* Quod postremum Monasterium Constantinopoli erat.

CODEX num. XX. olim XXVI. alioque numero CCXXVII. membranaceus, elegantissime descriptus decimo sæculo. Fuit olim magnæ Lauræ S. Athanasii in monte Atho. Continet quatuor Evangelia cum Commentariis variorum, sed sine nomine Interpretum; qua de re infra. Præit Epistola Eusebii Carpiano minio descripta, seu in cinnabari; cujus initium, Αμμώνιος μὲν ὁ Αλεξανδρεύς. Post illam vero Epistolam sequitur nota hujusmodi.

Χρὴ εἰδέναι ὅτι ὅσα κεφάλαια διὰ τῆς χρυσογραφίας κεῖνται εἰς τὸν πρῶτον κανόνα, ἔχουσι προσγραφὴν διὰ κινναβάρεως ἄλφα· ὁμοίως καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς κανόνας τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν εἰς οἷον κανόνα κεῖνται, ἔχει προσγραφὴν διὰ κινναβάρεως τὸ ποῖον κανόνος ἐστὶν, εἴτε τοῦ πρώτου, εἴτε τοῦ δευτέρου, εἴτε τῶν ἑξῆς. ὁ δὲ ἀριθμὸς ὁ καίμενος εἰς τὸ κανόνιν (sic) διὰ κινναβάρεως οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ, εἰ μὴ τὸ πόσα κεφάλαια ἑκάστου εὐαγγελιστοῦ εἰσὶ τοῦ πρώτου κανόνος, καὶ πόσα τῶν λοιπῶν. i. *Sciendum est, quæcumque capita aureis litteris descripta sunt, in primo canone inscriptionem habere per cinnabarim* (i. *rubrum colorem*) *alpha. Similiterque in reliquis canonibus quatuor Evangelistarum in quocumque canone jaceant, per cinnabarim ins-*

*criptionem habent; cujus videlicet canonis sint, sive primi, sive secundi, sive reliquorum. Numerus autem in canonibus positus nihil aliud significat, quam quot capita cujusque Evangelistæ sint primi canonis, & quot cæterorum.* Hæc vero nonnisi inspecto Codice intelligi possunt.

Postea sequuntur canones Eusebii, qui quoniam auro, minio variisque coloribus eleganter depicti erant a male feriatis hominibus, tribus exceptis, exscissi fuere.

Deinde ponitur in cinnabari argumentum Evangelii secundum Matthæum, mox index capitum quæ ad 68. numerantur, hinc Matthæi in genu scribentis figura paulum erasa vetustate. Marci similiter imago præmittitur Evangelio ejus, numerantur capita 48. Idipsum de Luca dicimus, cujus capita 83. sunt.

Joannis, cujus notantur capita 18. figura longe sincerior cæteris est. Ibi depingitur S. Evangelista in sella undequaque clausa sedens, quæ scripserat in adverso pulpito legens, chartam in qua tunc scribebat genu impositam sinistrâ detinens, dexterâ vero calamum; in adversa mensula atramentarium ovatâ formâ duas in partes divisum, quarum alia atramentum, alia cinnabarim suo colore expressum continet. Adest ibidem culter concinnando calamo. Hanc imaginem hîc repræsentare visum est.

Evangelio secundum Marcum præit Monitum, quod est Victoris Antiocheni, licet non memoretur, (vide in Cod. CXCV.) & sic habet: πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς συνταξάντων ὑπομνήματα, ὀλίγων δὲ εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, οὐδένος δὲ ὅλως, ὡς οἶμαι, εἰς τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον ἐξηγησαμένου· ἐσπούδασα τὰ κατὰ μέρος καὶ σποράδην εἰς αὐτὸ εἰρημένα παρὰ τῶν διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας συναγαγεῖν, καὶ σύντομον ἑρμηνείαν συντάξαι, ὅπως μὴ μόνον ἀπὸ τῆς τῶν χρόνων διαδόχης βιβλίον δόξη παρεωρᾶσθαι, ἢ ὡς μηδεμιᾶς ἐπιστάσεως δεόμενον, ἢ ὡς δυναμένων ἡμῶν ἐκ τῆς τῶν λοιπῶν ἑρμηνείας καὶ τὴν τούτου διάνοιαν ἐκδιδάσκεσθαι &c. i. *Cum multi in Evangelia secundum Matthæum & secundum Joannem filium tonitrui Commentaria ediderint, pauci in Evangelium Lucæ, nullus, ut quidem arbitror, in Evangelium Marci; exploravi ut ea quæ per particulas & sparsim a Doctoribus Ecclesiæ in illud dicta fuerant, colligerem, & brevem Commentarium adornarem, ne hoc unum ex Novi Testamenti libris neglectum fuisse videretur; sive quasi nullâ egeret ad intelligentiam exercitatione, sive quasi posset ejus mens & sententia ex aliorum (Evangeliorum) interpretatione percipi* &c. Deinde quædam de Marci vita & Evangelio, eaque trita dicuntur, quæ nos consulto prætermittimus. Monemus tamen hujus Procemii priora verba usque ad σύντομον ἑρμηνείαν συντάξαι, a Petro Lambecio referri Biblioth. Cæsar. lib. 3. p. 59.

In fine Evangelii S. Joannis legitur Epistolæ more: ἰδού, φίλε, ἀποδίδωμί σοι τὸ χρέος ὃ ὑπεσχόμην ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, & postea disseritur de quadam dissonantia quæ in fine Evangelistarum videbatur esse. Post hoc opusculum legitur, τέλος τῶν σχολίων τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου ἀπὸ διαφόρων ἑρμηνειῶν. Sequitur postea

Πάντες οἱ φιλοπόνως ἐντυγχάνοντες τῇ τοῦδε τοῦ εὐαγγελίου συγγραφῇ καὶ πολλὴν τὴν ὠφέλειαν ἐκ τῆς τῶν ποιηθέντων ἡμῖν ἀπὸ διαφόρων ἑρμηνειῶν συναγωγῆς ἀρυσάμενοι, εὔχεσθε ὑπὲρ τοῦ φιλοπόνως ἀπὸ πολλῶν βιβλίων ταῦτα συναγαγόντος καὶ συγγεγραφότος καὶ συναρμόσαντος. καὶ γὰρ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων οὐ μόνον ἁγίων πατέρων, ἀλλὰ καὶ ἀδοκίμων αἱρετικῶν αὕτη ἡ βίβλος ἐγκεδίασται· λέγω δὴ Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου, Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ Τίτου ἐπισκόπου Βοστρῶν, Εὐσεβίου καὶ Σευήρου καὶ Θεοδώρου Μοψουεστίας, καὶ Θεοδώρου Ἡρακλείας, Ἀπολιναρίου τε καὶ Ὠριγένους καὶ Βίκτορος, Θεοφίλου τε καὶ Κυρίλλου Ἱεροσολύμων, καὶ Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας, ἐνίοτε δὲ καὶ Βασιλείου τοῦ μεγάλου, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Γρηγορίου Νύσσης, καὶ Ἰσιδώρου, Ἐπιφανίου τε Κύπρου, καὶ Μεθοδίου Πατάρων, Ἀναστασίου Ἀντιοχείας καὶ Διδύμου τοῦ τυφλοῦ, καὶ ἑτέρων πολλῶν ὧν τὰ ὀνόματα οὐχ εὕρηνται. ἐκ τούτων τοίνυν ἁπάντων τὴν βίβλον ταύτην ἐρανισάμενος, οὐδὲν τῶν ἀδοκίμων καὶ κακοδόξως ἐν τοῖς τῶν αἱρετικῶν σχολίοις εἰρημένων ἐνθείς· ὥστε μὴ ἀντὶ χρηστοῦ καὶ ὑγιοῦς φαρμάκου δηλητήριον καταρτύσαντες, ὀλέθριον τῆς τῆς διδασκαλίας ἐργασώμεθα λόγον· ἀλλ᾽ ὅσα ἀναμφιβόλως πᾶσι τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἔδοξε, ταῦτα καὶ ἡμεῖς ἀδιαφόρως τῷ φιλοπόνῳ μαλίστα &c. i. *Quicumque hunc Evangeliorum librum studiose*



Digitized by Google

*diose lecturi, plurimamque utilitatem ex diversis interpretationibus magno labore per nos collectis percepturi estis; precamini pro eo, qui hæc accurate ex multis libris consarcinavit, conscripsit & adornavit. Siquidem ex multis variisque non modo sanctis Patribus, sed etiam reprobatis Hæreticis hic liber concinnatus est; nimirum Joanne Chrysostomo Constantinopolis Episcopo, Cyrillo Episcopo Alexandrino, Tito Episcopo Bostrorum, Eusebio, Severo, Theodoro Mopsuesteno, Theodoro Heracleæ, Apolinario, Origene, Victore, Theophilo, Cyrillo Hierosolymitano, Athanasio Alexandrino interdum etiam Basilio Magno, Gregorio Theologo, Gregorio Nysseno, Isidoro, Epiphanio Cypri, Methodio Patarorum, Anastasio Antiocheno & Didymo Cæco, aliisque multis quorum nomina reperta non sunt. Ex his itaque omnibus hunc librum mutuatus, nihil ex iis quæ improbe & flagitiose in Hæreticorum scholis dicta sunt, apposui; ne pro utili salutarique remedio toxicum præparantes, perniciosum doctrinæ verbum exhiberemus. Sed ea quæ Sancti Patres sine ulla dubitatione statuerunt, ea nos studiose apis instar* &c. Sic ille scriptor nomina scriptorum quæ in decursu hujus Catenæ reticuit, in fine declaravit. Sunt autem variis in Bibliothecis aliæ Catenæ huic consimiles.

Initio Codicis habentur duo folia ex antiquiori Manuscripto ad compingendum excerpta ex quodam Pandecte noni sæculi, unciali charactere, oblongo ac deflexo cum accentibus & spiritibus. Eratque Pandectes, ubi de singulis virtutibus ex Scripturæ Sacræ locis, atque etiam ex SS. Patribus edisserebatur. v. g. περὶ ξένων καὶ φιλοξενίας, καὶ ὅτι ἀπαφρόσιαστος ὁ ξένος πλήττει.

In fine libri legitur hæc nota recenti manu. αὕτη ἡ ἱερὰ καὶ θεία βίβλος ἀφιερώθη εἰς τὴν σεβασμίαν καὶ βασιλικὴν Ἀθωνικὴν Λαύραν τοῦ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου. καὶ εἰ βουληθείη τινὰς (sic) ἢ ἱερομόναχος, ἢ ἰδιώτης, ἢ ἄλλον πρόσωπον, ἀλλοτριῶσαι καὶ μεταθῆναι εἰς ἕτερον μοναστήριον, ἢ χάριν φιλίας φιλοδωρήσασθαι τινός, ὥστε ἀποξενῶσαι παντελῶς τοῦ μοναστηρίου, ἐχέτω τὰς ἀρὰς τῶν τιη. θεοφόρων πατέρων, καὶ ἔστω ἀφωρισμένος ἀπὸ θεοῦ παντοκράτορος ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ μετὰ θάνατον ἄλυτος. i. *Hic sacer divinusque liber consecratus est venerandæ & imperatoriæ Athonicæ Lauræ Deiferi patris nostri Athanasii. Si quis sive Hieromonachus sive privatus, aliave persona voluerit illum alienare & transferre in aliud Monasterium, aut gratiæ incundæ causâ cuipiam dare, ita ut penitus a Monasterio subducatur; incurrat in maledictiones Deiferorum 318. Patrum, sitque separatus a Deo omnipotente in præsenti sæculo & in futuro, & post mortem detestabilis.*

CODEX num. XXI. olim CCXXXVIII. membranaceus, XI. sæculi, complectitur quatuor Evangelia cum Commentariis. Præit pars Epistolæ Origenis ad Africanum, duobus foliis quæ initio libri ad compingendum adhibita sunt, manu duodecimi circiter sæculi. Quæ supersunt ab his verbis incipiunt, καὶ ἐναλλαγὴν τῆς λέξεως τῶν προφητευομένων εὗρον, desinunt in hæc verba, ἡμεῖς τετηρήκαμεν συνεξετάζοντες, ita ut maxima pars Epistolæ hîc habeatur.

In sequenti folio agitur de vestibus Sacerdotalibus; sed initium deficit. Prima verba sunt . . . στολὴ τοῦ ἱερέως ἐστὶ κατὰ τὸν ποδήρη Ἀαρών.

Deinde ponuntur Canones Eusebii in Evangelia, iique integri, secus quam in præcedenti Codice. Hinc sequitur Synaxarium, sive ordo Evangeliorum per annum hoc titulo, συναξάριον τῶν σαββατοκυριακῶν τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου, & pari modo tituli sequuntur secundum alios Evangelistas.

Post habetur Epistola Eusebii Carpiano, ut in præcedenti Codice. Deinde index Capitum in Matthæum. Sequitur ὑπόθεσις seu argumentum in Matthæum, & in sequenti folio recentiore manu annotationes levissimæ in Novum Testamentum; deinde Matthæi scribentis imago aureo fundo.

Commentaria in Evangelium Matthæi sic incipiunt, ἡ βίβλος τῆς γενέσεως ἐστὶ τοῦ γεννωμένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα. Hæc porro Commentaria in multis conveniunt cum iis quæ in præcedenti Codice habentur; sed breviora sunt, nec pari modo desinunt.

Ad singulos similiter Evangelistas præmittitur Index Capitum, imago Evange-

listæ scribentis, & argumentum. Commentaria item in multis conveniunt cum præcedentibus. In quibus autem conveniant vel differant, minutatim explorabunt ii, quibus hos Codices mutuo conferre animus erit.

In fine Codicis separatim ponitur historia mulieris in adulterio deprehensæ hoc præmisso titulo: τὸ περὶ τῆς μοιχαλίδος κεφάλαιον, ὡς ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις μὴ κείμενον μεταγεγράφαμεν. Id est, *Caput mulieris adulteræ, utpote quod in multis Exemplaribus non exstet, post alia scripsimus.* Qua de re infra in Codice XXIII.

CODEX num. XXII. olim CCCLXXXV. membranaceus, undecimi sæculi. Evangelia cum Commentariis, ut in præcedenti Codice. Præeunt Canones Eusebii; post sequitur Epistola Eusebii Carpiano; deinde Evangelia cum expositionibus, quæ præcedentibus similes sunt. Commentaria in Matthæum, sic incipiunt, βίβλος τῆς γενέσεως ἐστὶ τῆς γινομένης, sic vero desinunt, ὡς μὴ δυνάμενοι τοῦτο ποιῆσαι, εἶπε τοῦτο. In Marcum init. πολλοὶ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ εἰς τὸ, finis, μετὰ τὸ, ἐφοβοῦντο γάρ. Qua de re vide in Cod. sequenti in Fragmento Severi. In Lucam init. ἐπειδὴ προοίμιον τὸ ἐπιχείρημα, finis ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. In Joannem init. οὗτος ὁ εὐαγγελιστὴς κατεῖδε μὲν τὸν ἤτοι χώμης. In fine pauca desiderantur. Excepto Matthæo initio cujusque Evangelistæ habetur ὑπόθεσις, seu argumentum & index Capitum.

In fine recenti manu legitur, ἡ βίβλος αὕτη ὑπάρχει τῆς θείας καὶ ἱερᾶς μονῆς τοῦ μεγάλου Νικολάου, τῆς ἐπικεκλημένης τοῦ σταυρονικήτα. i. *Hic liber est divini & sacri Monasterii Magni Nicolai, cognomento Stauroniceta*, in monte Atho, cujus Monasterii descriptionem habes in Palæographia Græca libro septimo.

Initio ad compingendum duo folia adhibita sunt ex vitis Sanctorum, & in fine totidem.

In interiore operimenti parte notatur, mensis Augusti 26. in die SS. Martyrum Adriani & Nataliæ horâ sextâ noctis Indictione sexta, non notato anno, fuisse Constantinopoli horrendum terræ motum; & similiter Novembris vigesimâ nonâ, Indictione octavâ. Hæc vero Græcobarbara sunt & admodum vitiata.

CODEX XXIII. olim CCCXV. membranaceus, XI. circiter sæculi, in quo quatuor Evangelia cum Commentariis. In Matthæum quidem Commentarii Joanni Chrysostomo initio adscribuntur, & in fine fol. 108. ubi scriptum est, τέλος τῆς ἑρμηνείας τοῦ Χρυσοστόμου. Sed multæ præterea variorum Patrum expositiones intermiscentur. Fuit olim Monasterii Sancti Athanasii in monte Atho, ut ex duobus foliis in fine positis arguitur. Qua de re vide in Codice CCII. Scriptores autem unde interpretationes excerptæ sint, consequenter declarantur:

Anastasius Antiochenus,

Ανεπίγραφος,

Apolinarius, qui & ipse ex Papia Joannis discipulo hæc adfert fol. 102. verso. Ἰστέον ὅτι ὁ Ἰούδας οὐκ ἐναπέθανε τῇ ἀγχόνῃ, ἀλλ᾽ ἐπεβίωσε καθαιρεθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι. καὶ τοῦτο δηλοῦσιν αἱ τῶν ἀποστόλων πράξεις· ὅτι πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε, καὶ τὰ ἑξῆς. τοῦτο καὶ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου μαθητὴς λέγων· (Cod. XXV fol. 9. addit, ἐν τῷ δ'. τῆς ἐξηγήσεως τῶν κυριακῶν λόγων) μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας· πρησθεὶς γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα ὥστε μὴ δύνασθαι διελθεῖν ἁμάξης ῥᾳδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἁμάξης πιεσθέντα τὰ ἔγκατα ἐγκενωθῆναι. Idem Papiæ locus plenior effertur in Codice XXV. fol. 9. & Cod. XXVI. fol. 5. ubi alia de morte Judæ, ejusque sepultura narrantur, quæ omnia apud Oecumenium habentur.

Basilius,

Clemens,

Cyrillus Archiepiscop. Alexandrinus,

Epiphanius,

Eusebius Cæsariensis,

Gregorius Nyssenus,

[Gregorius] Theologus,

Hesychius Presb. Hierosolymitanus,

Irenæus Episcopus,

Isidorus Pelusiota,

Origenes,

Severus Archiepiscopus Antiochiæ, ἀπὸ λόγου οθ'. & ex aliis nominatim opusculis, quæ in Catalogo Operum Severi posuimus Cod. VIII. scilicet

Ἐν ἐπιστολῇ.

Ἐξ ἐπιστολῆς πρὸς Ἀναστασίαν ὑπάτισσαν.
Lege ὑπάτισσαν, id est, Consulis uxorem.
Ἐκ τοῦ πρὸς Ἰουλιανὸν συντάγματος. Idem non semel citatur, in Cod. XXV.
Severianus,
Thalassius Presbyter & Monachus,
Theodoretus Cyri, semel Κύπρου male,
Theodorus Heracleota,
Theodorus Monachus,
Theodorus Mopsuestenus.

Fol. 108. maximum & insigne fragmentum affertur ex Severo Antiocheno sine ullo indicio libri unde sumptum est. Sic autem incipit: τὸ δὲ ὀψὲ σαββάτων οὐ τὴν ἑσπέραν τὴν μετὰ τὴν ἐν σαββάτῳ δύσιν τοῦ ἡλίου δηλοῖ. οὐ γὰρ εἰπεῖν, ὀψὲ σαββάτου, ἀλλὰ πληθυντικῶς, ὀψὲ σαββάτων. σάββατον δὲ τὴν πᾶσαν ἑβδομάδα καλεῖν Ἑβραίοις ἔθος &c.

In eodem fragmento fol. 110. legitur hæc nota. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον μέχρι τοῦ, ἐφοβοῦντο γὰρ, ἔχει τὸ τέλος. ἐν δέ τισι πρόσκειται καὶ ταῦτα· ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτων ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. τοῦτο δὲ ἐναντίωσίν τινα δοκεῖ ἔχειν πρὸς τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα &c. Sed totum hoc opusculum, ubi Evangelistarum consonantia defenditur, mox integrum dabimus.

Porro conjecturam nostram de ætate illius Codicis supra positam confirmat hæc Librarii nota fol. 112. ἑρμηνεία τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου ἐν ἐπιτομῇ. ἐγράφη δὲ τὸ εὐαγγέλιον ἐκεῖνο εἰς τὸ πατριαρχεῖον, ἐπὶ Σεργίου τοῦ πατριάρχου. i. *Interpretatio Evangelii secund. Matth. in epitome. Scriptum est Evang. illud in Patriarchio seu in Patriarchalibus ædibus, sub Sergio Patriarcha.* Non enim alius hic intelligi potest, quam Sergius II. qui sub finem sæculi X. & initium XI. Constantinopolitanam Sedem tenuit.

Altera ejusdem ævi manu scriptum est Evangelium secundum Marcum, cum adjuncta expositione Victoris Presbyteri Antiocheni, cujus titulus & initium. Βίκτωρος πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον. πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον, καὶ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην υἱὸν τῆς βροντῆς συνταξάντων ὑπομνήματα, ὀλίγων δὲ εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, οὐδενὸς δὲ ὅλως εἰς τὸ κατὰ Μάρκον &c. ut in supra recensitis Codicibus.

In fine fol. 147. εὐαγγελίου κατὰ Μάρκον στίχοι ͵αχʹ. *Evang. sec. Marcum v. sunt 1600.*

Deinde Epistola Dionysii Episcopi Alexandrini: Διονύσιος Βασιλίδῃ (sic) τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ καὶ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ καὶ θεοπρεπεῖ, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Initium: ἐπέστειλάς μοι, πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος καθ' ἣν ὥραν ἀπονηστίζεσθαι δεῖ &c. Sic vero definit: ταῦτα μὲν οὖν, ὡς φρονῶ καὶ συμβουλεύω, περὶ τούτων ἔγραψα. Edita fuit a Beveregio in Synodico, Tomo 2. parte 1. pag. 1.

Sequitur Evangelium secundum Lucam cum Commentariis ex variis Scriptoribus, nempe

Ἀνεπιγράφῳ,
Apolinario,
Cyrillo Alexandrino,
Gregorio Nysseno,
Joanne Chrysostomo,
Irenæo Lugdunensi,
Isidoro Pelusiota,
Maximo,
Origene,
Severo, ἐξ ἀπολογητικοῦ κϛʹ.
Ἐκ τῆς πρὸς Ἀναστασίαν διάκονον ἐπιστολῆς.
Ἐκ τῆς πρὸς Μάγνον ἐπιστολῆς.
Tito Bostrorum Episcopo,
Victore Presbytero.

In fine: στίχοι ͵βωʹ. i. versus duo millia & octingenti.

Evangelium secundum Joannem cum Commentariis S. Joannis Chrysostomi, quibus aliorum etiam Patrum expositiones interseruntur, nempe

Ammonii Presbyteri,
Anastasii Patr. Antiocheni,
Ἀνεπιγράφου,
Antiochi Ptolemaïdis, εἴπερ Ἰωάννου εἰς τὸ· καὶ ἐπέβαλεν ὁ θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδάμ. Sic Codex.
Apolinarii,
Basilii,
Cæsarii fratris Theologi,
Cyrilli Alexandrini,
Didymi,
Eusebii Cæsariensis,
Gregorii Nazianzeni,
Hesychii Presbyteri Hierosolymitani,
Isidori Pelusiotæ,
Origenis,

Severi Antiocheni, ἀπὸ λόγου κ'. κη'. λη'. ἀπὸ λόγου οζ'. ιϛ'.

Ex τῆς πρὸς Εὐπραξίου κουβικουλάριον ἀποκρίσεως.

Ex τῆς πρὸς Θωμᾶν ἐπίσκοπον Γερμανικίας ἐπιστολῆς.

Ex τῆς πρὸς Θωμᾶν ἐπίσκοπον Γερμανικίας ἐπιστολῆς. ὁ Εὐσέβιος ὁ Καισαρεὺς ὁ Παμφίλου προσαγορευόμενος πρὸς Μαρῖνον ἐπὶ τῷ περὶ τοῦ θείου πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως ζητήσεσι καὶ ἐπιλύσεσι &c. At sine Epistolæ inscriptione legitur in Catena in Joannem a Corderio edita, quæ tamen ab hac penitus diversa est. Ejusdem Epistolæ Severi aliud fragmentum prolixius affertur in Codice XXV. fol. 250. verso, in quo Severus Manichæorum perditos mores ac errores insectatur.

Ex τῆς πρὸς Σέργιον πατελάρχην ἐπιστολῆς.

Theodoreti,

Theodori Heracleotæ,

Theodori Mopsuesteni.

Duo postrema folia ad compingendum Codicem adhibita, charactere antiquissimo, quadrato & rotundo scripta continent particulam Epistolæ ad Titum, scilicet ab initio usque ad versum 3. cap. 1. inclusive, & a v. 15. ejusdem capitis usque ad v. 5. cap. 2. præmisso Epistolæ argumento, cui hæc nota subscribitur: ΣΤΙΧΟΙ Η. 1. *versus octo*. Sunt autem pars Apographi illius, quod ad fidem manuscripti ipsa Pamphili Martyris manu exarati descriptum est, de quo infra in Cod. CCII.

## *EX CODICE COISLINIANO XXIII. qui scriptus fuit, ut ex Nota supra posita arguitur, sub Sergio II. Patriarcha CP. ineunte X. sæculo; Severi Archiepiscopi Antiocheni Concordantia Evangelistarum circa ea quæ in sepulcro Domini contigerunt. Item de Sabbatis, & de varietate Exemplarium S. Marci Evangelistæ.*

Σευήρου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας.

ΤΟ δὲ, ὀψὲ σαββάτων, οὐ τὴν ἑσπέραν τὴν μετὰ τὴν ἐν σαββάτῳ δύσιν τοῦ ἡλίου δηλοῖ· οὐ γὰρ ἑνικῶς εἶπεν, ὀψὲ σαββάτου, ἀλλὰ πληθυντικῶς, ὀψὲ σαββάτων. σάββατον δὲ τὴν πᾶσαν ἑβδομάδα καλεῖν Ἑβραίοις ἔθος. αὐτίκα γοῦν οἱ εὐαγγελισταὶ, τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, φησί· (sic) δέον, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, εἰπεῖν. οὕτως δὲ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ κεχρήμεθα, δευτέραν σαββάτων, καὶ τρίτην σαββάτων προσαγορεύοντες τὴν δευτέραν, καὶ τρίτην τῆς ἑβδομάδος ἡμέραν. οὐκ εἶπεν οὖν, ὀψὲ σαββάτου, ἢ ἑσπέρας σαββάτου, ἵνα τὴν ἑσπέραν τῆς ἡμέρας ἐκείνης δηλώσῃ· ἀλλ', ὀψὲ σαββάτων, ἵνα τὸ βράδιον τῆς ἑβδομάδος καὶ πολὺ διεστηκὸς ἐφαίη (sic). καὶ γάρ που καὶ ἡμῖν σύνηθες λέγειν, ὀψὲ τοῦ καιροῦ παραγέγονεν, ὀψὲ τῆς ὥρας, ὀψὲ τῆς χρείας· οὐχὶ τὴν ἑσπέραν καὶ τὸν μετὰ ἡλίου δυσμὰς χρόνον δηλοῦσιν, ἀλλὰ τὸ βράδιον κατόπιν τῆς ὥρας καὶ τῆς χρείας ἢ τοῦ καιροῦ γενέσθαι τοῦτον τὸν τρόπον μηνύουσιν. οὕτως καὶ τὸ, ὀψὲ σαββάτων, τὸ βράδιον καὶ πόρρω τῆς περαιωθείσης ἑβδομάδος δηλοῖ. πληροῦται δὲ ἑβδομὰς ἑκάστη τὴν μετὰ τὸ σάββατον ἡλίου δυσμαῖς· ἀμέλει καὶ τοῦ πολὺ διεστηκότος καιροῦ πρὸς τὸ τέλος τῆς πληρωθείσης ἑβδομάδος ὁ Ματθαῖος δηλοῖ, καὶ ὥσπερ ἑρμηνεύων ἑαυτὸν ἐπήγαγε τῇ,

*Severi Archiepiscopi Antiocheni.*

ILlud autem, *vespere Sabbatorum*, non Sabbati post solis occasum vesperam significat: non enim singulariter dixit, *vespere Sabbati*, sed pluraliter, *vespere Sabbatorum*. Sabbatum vero totam hebdomadem vocare mos est Hebræis. Evangelistæ igitur, *una Sabbatorum*, statim dicunt; ubi dicendum erat, *primâ die hebdomadis*. Sic enim pro more solemus dicere, secundam Sabbatorum & tertiam Sabbatorum appellantes secundam & tertiam hebdomadis diem. Itaque non dixit, *vespere Sabbati*, aut *vesperâ Sabbati*, ut diei illius vesperam indicaret; sed, *vespere Sabbatorum*, ut quod tardius erat in hebdomade, & longum interstitium significaret. Siquidem & nobis in more est dicere, *serotino tempore advenit*, *serotinâ horâ*, *serotino usu*: ubi nec vesperam, nec tempus post solis occasum intelligi volumus; sed tardius quam vel hora, vel usus, vel tempus postularet. Eodem quoque modo illud, *vespere Sabbatorum*, tardius & diu post præteritam hebdomadem sibi vult. Desinit porro hebdomas quælibet in occasum solis post sabbatum. Sane Matthæus, ut diuturnum post elapsam præcedentem hebdomadem tempus indicaret, quasi sui ipsius interpres esset, adjecit, *quæ lucescit in unam Sabbatorum*. Eousque, ait, nox processerat, ut gallicinii tempus adesset, quo sequentis diei lux quasi præpulsatur. Qua ratione eodem tempore post Sabbatum, vespere jejunia solventes, lætitiæ initium facimus: ita ut

ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων· προήκει, φησὶν, ἡ νὺξ τοσοῦτον, ὡς εἶναι καιρὸν τῆς τῶν ἀλεκτρυόνων βοῆς, ἥτις τὸ φῶς τῆς μελλούσης ἡμέρας προανακρούεται. Ταύτῃ τοι καὶ τὴν ἑορτὴν τούτων καὶ οὕτως μετὰ τὸ σάββατον ἑσπέρᾳ καταλύοντες τῆς νηστείας, τῆς εὐφροσύνης ἀρχόμεθα τῆς κατὰ πάντων συνηθείας κρατησάσης συνηγορούσης τῷ πράγματι. τοῦ καιροῦ τοίνυν ὄντος τούτου, ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ ἡ ὁμώνυμος ἐπὶ τὸν τάφον ἦλθον, καὶ τὸν ἄγγελον τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκότα, τὸν προειρημένον ἐθεάσαντο τρόπον, ἀποκυλίσαντα τὸν λίθον καὶ ἐπ' αὐτὸν καθήμενον. ὑφ' οὗ καὶ προσκληθεῖσαι, τὸν τόπον εἶδον ὅπου ἔκειτο ὁ κύριος. καὶ προσταχθεῖσαι δραμεῖν καὶ ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς, ἐξελθοῦσαι ταχὺ τοῦ μνήματος ἔδραμον. καὶ δὴ τρεχούσαις προσαπαντήσας ὁ Ἰησοῦς, ἐφώνησε· χαίρετε. καὶ γὰρ ἔδει πρῶτον τὸ τῶν γυναικῶν γένος, καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐαγγελίσασθαι παρὰ τοῦ ἀγγέλου, καὶ τὸν Χριστὸν ἰδεῖν, καὶ πρώτην παρ' αὐτοῦ φωνὴν ἀκοῦσαι, χαίρετε· ἐπεὶ καὶ γυνὴ πρώτη τῆς ἀπάτης τοῦ ὄφεως ἤκουσε, καὶ εἶδεν παρανόμως τὸν ἀπηγορευμένον τοῦ ξύλου καρπὸν, καὶ λύπῃ κατεδικάζετο. διὸ καὶ προσκυνεῖν ὁ σωτὴρ καὶ κρατεῖν συνεχώρει τοὺς πόδας, ὡς πρώταις ἀποπεσούσαις καὶ ἀλλοτριωθείσαις αὐτοῦ· καὶ τοῖς μαθηταῖς τὴν χαρὰν διαγγέλλειν ἐκέλευεν, χαρᾶς ἄγγελον ἀνδράσι γυναῖκα γενέσθαι βουλόμενος, τὴν λύπης τῷ Ἀδὰμ γενομένην διάκονον, τὰ ἐναντία διὰ τῶν ἐναντίων ἰώμενος.

ut recepta apud omnes consuetudo rei veritatem afferat. Hoc igitur tempore Maria Magdalene & ipsi cognominis altera in sepulcrum venerunt; & Angelum qui de cœlo descenderat, eo quo supra dictum est modo viderunt, qui lapidem revolverat & super eum sedebat. A quo compellatæ locum conspexerunt, ubi jacebat Dominus; justæque currere & annuntiare Discipulis, egressæ statim ex monumento accurrerunt. Cum autem currentibus obviam venisset Jesus, vociferatus est, *gaudete*. Oportebat enim fœmininum genus & primum resurrectionis nuntium ab Angelo accipere, atque Christum videre, ac primam ab eo vocem audire, *gaudete*; quandoquidem mulier prima serpentis fallaciam audivit, prohibitum ligni fructum nefarie respexit, & ad dolorem condemnata est. Quamobrem Salvator ipsis concessit, ut & se adorarent & pedes suos attrectarent, utpote quæ priores a se excidissent & abalienatæ essent; præcepitque ut Discipulis gaudium annuntiarent, quod vellet viris gaudii nuncium esse mulierem, quæ Adamo doloris administra fuerat, ut contrariis contraria curaret.

ΜΑΤΘΑΙΟΥ. Πορευομένων δὲ αὐτῶν ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς, ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα. καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις λέγοντες· εἴπατε, ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν, ἡμῶν κοιμωμένων. καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. ἡ μὲν οὖν ἄλλη Μαρία· ταύτην δὲ εἶναι τὴν θεοτόκον πιστεύειν, ἀκόλουθον· ὅτι μηδὲ ἀπελείφθη τοῦ πάθους, ἀλλ' ἵστατο παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς ὁ Ἰωάννης ἱστόρησε· ἣ καὶ ἐπρέπεν (sic) ὁ κύριος τὰ τῆς χαρᾶς εὐαγγέλια ῥίζῃ τῆς χαρᾶς ὑπαρχούσῃ, καὶ καλῶς ἀκείσασθαι (sic) τὸ, χαῖρε κεχαριτωμένη. τὸ πρόσταγμα τοῦ κυρίου πληροῦσα τοῖς μαθηταῖς πάντως ἀπήγγελλεν· οὐ γὰρ ἦν μὴ πληρωθῆναι τὸ οὕτως σοφῶς οἰκονομηθέν τι καὶ προσταχθὲν, εἰ καὶ οὕτως ἠπίστησαν οἱ ἀκούσαντες· ἐπεὶ καὶ ἕπεται τοῦτο πολλάκις τῇ τῶν ἀπαγγελλομένων θαυμάτων ὑπερβολῇ. οὐ γὰρ ἂν ἀργοὶ διέμενον, εἰ ἐπίστευσαν. ἡ δὲ Μαγδαληνὴ συμπορευομένη τῇ θεοτόκῳ, καὶ πρὸς ἀγγελίαν ὁμοίως ἐπειγομένη, πέπονθέ τι καὶ ἀνθρώπινον· καὶ ὥσπερ Πέτρος ὑπὸ Ἡρώδου συλληφθεὶς, καὶ διὰ τοῦ ἀγγέλου τῶν ἁλύσεων λυθεὶς αὐτομάτως καὶ τῆς

MATTHÆI. *Quæ cum abiissent nuntiatum Discipulis, ecce quidam de custodia venientes in civitatem nuntiaverunt principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: dicite quia Discipuli ejus nocte venerunt & furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a Præside, nos suadebimus ei; & securos vos faciemus.* Alia igitur Maria: hanc autem esse Deiparam credere convenit; quoniam non passione immunis fuit, sed adstabat juxta Crucem Jesu, ut Joannes narravit. Cui etiam consentaneum erat, ut gaudii nuncia darentur; utpote quæ gaudii radix esset, ac bene audivisset illud, *Ave gratia plena.* Quæ ut præceptum Domini impleret, hæc Discipulis nuntiavit. Non enim poterat non impleri id quod ita sapienter dispensatum ac præceptum fuerat; tametsi non crediderint ii qui audierunt, ut sæpe accidit, cum admodum mirabilia nuntiantur. Nam si credidissent, nequaquam otiosi remansissent. Magdalena autem quæ cum Deipara iter agebat, ac similiter ad id annuntiandum urgebatur, humanum quidpiam passa est: ac quemadmodum Petrus ab Herode comprehensus, ac per Angelum a catenis sponte cadentibus solutus & extra carcerem positus, postquam diu ambulaverat ita ut etiam portam civitatis pertransiret, non putabat verum esse quod agebatur, sed existimabat se visum videre: sic & illa miraculi magnitudinem quasi per sopo-

φυλακῆς ἔξω γενομένης, καὶ ἐπὶ πολὺ βαδίσας ὡς καὶ τὴν τῆς πόλεως πύλην διελθεῖν, ἀληθὲς οὐκ ᾤετο τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐνόμιζεν ὅραμα βλέπειν· οὕτως καὶ αὐτὴ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ θαύματος οἱονεὶ χάριν τινὰ λογιζομένη, καὶ ἅμα τῶν φυλάκων ἐπιφθασάντων καὶ ἀρξαμένων μετὰ τῶν ἀρχιερέων τὴν συκοφαντίαν ὑφαίνειν τῆς ἀναστάσεως, αἰσθομένη πάντως τοιούτου τινὸς ἐπιψιθυριζομένου, περὶ τῆς ἀμφιβολίας προσεδέξατο λογισμούς, καὶ τῆς ἀπαγγελίας ὀλιγωρήσασα καὶ τοῦ σωτηρίου προστάγματος πρὸς τὸν τάφον ἐχώρει πρωῒ σκοτίας οὔσης, ὡς ὁ Ἰωάννης φησίν. ὥσπερ γὰρ συνεχώρησεν ὁ κύριος τὸν Θωμᾶν ἐξ ἀπιστίας εἰς πίστιν ἐλθεῖν καὶ εἰπεῖν, ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ διὰ τῆς ἐκείνου πολυπράγμονος ἀπιστίας καὶ ψηλαφήσεως ἡμεῖς εἰς τὴν πίστιν ἐβεβαιώθημεν, ἐν ᾧ σώματι πέπονθεν ἐν αὐτῷ καὶ ἐγηγέρθαι πιστεύσαντες τὸν Ἐμμανουήλ, τοὺς τῆς δοκήσεως μύθους ἀποπεμψάμενοι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν πρὸς ἀπιστίαν ἀπονεύσασαν καὶ μᾶλλον εὐκαίρως τοῦτο παθοῦσαν, (οὐκ ἄδηλον γὰρ τὸ τῆς γυναικείας εὐόλισθον φύσεως) συνεχώρει δὲ διὰ τῆς περιέργου ζητήσεως πιστότερον ἐργάσασθαι τὸ θαῦμα τῆς ἀναστάσεως, πίστεως ὑπάρχον πέρα καὶ παντὸς λογισμοῦ. καὶ μετὰ ταύτης τῆς ἀμφιβόλου διανοίας ἐλθοῦσα, καὶ ἰδοῦσα τὸν λίθον μόνον ἀποκυλισθέντα τῆς θύρας τοῦ μνήματος, οὐ μὴν ἔτι τὸν ἄγγελον ἐπ' αὐτοῦ καθάπερ ἤδη καθήμενον, δέδωκε τῇ ἀπιστίᾳ τὸ κράτος, φαντασίαν οἰηθεῖσα (sic) τὴν πρότερον θέαν καὶ ἔκστασιν καὶ ὡς ψευδῆ.

rem se videre rata cum etiam custodes jam præoccupassent unà cum principibus Sacerdotum calumniam conflare contra resurrectionem, cum hunc jam rumorem spargi sentiret, dubitationis cogitationes admisit, ac neglecto annuntiandi munere præceptoque Salvatoris, ad sepulcrum mane cum adhuc tenebræ essent, concedebat, ut narrat Joannes. Quemadmodum enim Dominus concessit, ut Thomas ex incredulitate ad fidem veniret ac diceret: *nisi videro in manibus ejus fissuram clavorum*, &c. ac propter ejus curiosam incredulitatem & contactum nos in fide firmati sumus; atque credidimus Emmanuelem, in quo corpore passus fuerat in eodem resurrexisse, rejectis omnibus fabulis in sola specie fundatis: sic & Mariam Magdalenam in incredulitatem paululum deflectentem, imo potius opportune id passam, (muliebris enim naturæ fragilitas non ignota est) concessit per curiosam inquisitionem miraculum resurrectionis credibilius efficere, quod omnem fidem & cogitationem exsuperat. Ac postquam in illam suspicionem inciderat, cum venisset ac vidisset lapidem solum revolutum ab ostio monumenti, neque Angelum ut antea super eum sedentem, incredulitatem roboravit, putans priorem visionem & mentis excessum meram esse phantasiam & quasi mendacium.

» ΙΩΑΝΝΟΥ. Καὶ δραμοῦσα πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τὸν ἄλλον μαθητὴν ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, ἐβόα » λέγουσα· ἦραν τὸν κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ » οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. ὁρᾷς, ἐκ τῶν λογοποιηθέντων νύκτωρ παρὰ Ἰουδαίοις μετὰ τὴν τῶν φυλάκων ἐπαγγελίαν παρεισαχθεῖσά τι τοιοῦτον περιηνέχθαι (sic) τὸν λογισμόν, καὶ ᾠήθη τοὺς ἐναντίους ἄραντας τοῦ λίθου κλέψαι τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν κλοπὴν τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφημίσωσιν;

JOANNIS. *Et accurrens ad Petrum & alium Discipulum quem amabat Jesus, clamabat dicens: tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.* Viden' ex sparsis per Judæos noctu rumoribus post custodum nuntium illam, cum quidpiam simile insusurrari sibi audivisset, in talem cogitationem incidisse, putasseque adversarios sublato lapide furatos esse corpus Jesu, ut de furto hujusmodi Apostolos insimularent?

ΙΩΑΝΝΟΥ. Πλὴν ὁ Πέτρος καὶ ὁ Ἰωάννης ἑτοίμως διαναστάντες καὶ ἐπὶ τὸν τάφον ἔδραμον. οὐ γὰρ ἦν παράδοξον τὸ λεγόμενον, ἵνα ὡς ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστήσωσι· μᾶλλον δὲ καὶ πιστόν, καὶ οὐκ ἀπᾷδον τῆς Ἰουδαϊκῆς κακουργίας. ἀφόβως δὲ τοῦτο ἐποίουν, ὡς ἔτι σκότους ὄντος καὶ ἡσυχίας ὑπαρχούσης, καὶ πρὸς τὸν θεὸν τὸ θάρρος λαβόντες. ἀλλ' ἐλθόντες εὗρον ἐναργῆ τὰ σημεῖα τῆς ἀναστάσεως.

JOANNIS. Cæterum Petrus & Joannes prompte surrexerunt, & ad sepulcrum cucurrerunt. Non enim incredibile erat quod dicebatur, ut de resurrectione non crederent; imo potius credibile, & a Judaïca malitia non absonum. Id autem sine metu faciebant, quippe cum adhuc tenebræ essent & quies ubique, assumtâ quoque in Deum fiduciâ. Sed cum venissent, resurrectionis signa invenere conspicua.

ΙΩΑΝΝΟΥ, ΛΟΥΚΑ. Ὁρῶσι γὰρ ἐν τῷ μνήματι τὰ ὀθόνια κείμενα. τοῦτο δὲ οὐκ ἄν ποτε ἐγεγόνει, κλαπέντος τοῦ σώματος. πρῶτον μὲν γὰρ κλέπται φιλοῦσι τὸ λωποδυτεῖν· ἔπειτα δὲ τὸ ταχέως ἐνεργεῖν τὴν κλοπήν, ἵνα μὴ φωραθῶσι, καὶ

JOANNIS, LUCÆ. Vident enim in monumento linteamina jacentia: illud porro numquam accidisset, si corpus subreptum fuisset. Primo namque solent fures spolia abripere; deinde confestim furtum peragere, ne deprehendantur, & atrocia patiantur. Et post

τὰ πολύδακρυα πάθωσι. καὶ μετ' ὀλίγα· ἀλλ' ὁ μὲν Πέτρος καὶ ὁ Ἰωάννης πιστωθέντες ἐκ τῶν τεθεαμένων, ἀνεχώρησαν οἴκαδε. τῇ Μαρίᾳ δὲ εἶπον οὐδέν. ᾠκονόμει γὰρ ὁ μόνος σοφὸς ὡς ἀπιστήσασαν, ἐκ θέας αὐτὴν προσαγαγεῖν μᾶλλον ἢ ἀκοῆς.

„ ΙΩΑΝΝΟΥ. Εἱστήκει τοίνυν πρὸς τῷ μνή„ματι κλαίουσα ἔξω, καὶ παρακύψασα εἶδεν „ἀγγέλους δύο λευκοὺς καὶ φαιδροὺς τῇ στολῇ κα„θεζομένους, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ καὶ ἕνα πρὸς „τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. καὶ δέον τὸν ὀδυρμὸν εἰς εὐφροσύνην μεταβαλεῖν, τῶν δακρύων οὐκ ἔληξεν, ὥστε τοὺς ἀγγέλους οἱονεὶ μετ' ἐπιτιμήσεως εἰπεῖν· γύναι τί κλαίεις; ὡσανεὶ ἔλεγον, γυναικεῖα ταῦτα δάκρυα καὶ οὐκ ἔμφρονος νοῦ. ποῦ γὰρ χώραν ἔχει τὸ μετὰ τοιαύτην θέαν ὀδύρεσθαι; κἀκείνη τῇ αὐτῆς ἀπιστίᾳ ἐχομένη, (παρετείνετο γὰρ τὸ πάθος) ἵνα τοῖς κατὰ μικρὸν προστιθεμένοις εἰς πίστωσιν τελείως ἐκ„καθαρθῇ, πρὸς αὐτοὺς εἶπεν· ὅτι ἦραν τὸν „κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν· καὶ „ταῦτα εἰποῦσα, ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ θεωρεῖ „τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι Ἰησοῦς ἐστι· τοῦτο δὲ ὑπὸ τῶν δακρύων ἐπισκοτουμένη, καὶ οἱονεὶ ἀχλύϊ βεβαρημένη· τοῦτο δὲ καὶ τοῦ δηλοῦντος τὸ μὴ γνωσθῆναι αὐτῇ.

„ ΙΩΑΝΝΟΥ. Διὸ καὶ εἶπεν· γύναι τί κλαίεις, „τίνα ζητεῖς; ἐκείνη δὲ δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός „ἐστι λέγει αὐτῷ· κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, „εἰπέ μοι ποῦ ἔθηκας αὐτὸν, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ. „καὶ μετ' ὀλίγα· ἐπιτρεπτικῶς δὲ τοῦ κυρίου βοήσαντος, Μαριὰμ, παραχρῆμα ἐπιστραφεῖσα Ῥαββουνὶ προσηγόρευσεν, ὃ λέγεται διδάσκαλε· καὶ τῶν θείων ἐκείνων ποδῶν ἐζήτει λαβέσθαι, „καὶ ἤκουσε· μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα „πρὸς τὸν πατέρα μου. ταύτης τῆς δωρεᾶς, φησὶν, ἤδη τυχοῦσα, καὶ ἁψαμένη μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας καὶ προσκυνήσασα καὶ τοὺς πόδας κρατήσασα, καταφρονήσασα ὡς καὶ ἀπιστῆσαι, καὶ οὐδὲν μέγα διενοήθης περὶ ἐμοῦ· ἀλλ' ἔτι περὶ τὸ μνῆμα ζητεῖς τὸν ἄνω θεϊκῶς πρὸς τὸν πατέρα ὑπάρχοντα. καὶ νῦν μή μου ἅπτου, εἰ μετὰ τοιαύτης διανοίας τὸ πρὸς τὸν πατέρα ἀναβῆναι νομίζεις ἐλλείπειν μοι· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα κατὰ σὲ πρὸς τὸν πατέρα μου. καὶ „μετ' ὀλίγα· ἔρχεται οὖν ἡ Μαγδαληνὴ Μα„ρία ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς, ὅτι ἑώρακε „τὸν κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

ΛΟΥΚΑ. Παραγενομένη δὲ καὶ ἀπαγγείλασα, πάλιν εὑρίσκει Μαρίαν τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωάνναν καὶ ἄλλας σὺν αὐταῖς, μετὰ παρασκευῆς καὶ ἀρωμάτων καὶ μύρων πρὸς τὸν τάφον ἐπειγομένας, τοῦ σκότους ὑποχωρήσαντος καὶ ὄρθρου βαθέως ὄντος, τουτέστιν ἀκριβοῦς. καὶ ἄρτι πρῶτον ἀρξαμένη, καθώς φησιν ὁ Λουκᾶς, καὶ ἀναμίξασα ἑαυτὴν σὺν αὐταῖς ἐπορεύετο· διὰ τὸ θερμὸν τοῦ

pauca: sed Petrus & Joannes ex visis confirmati, domum recedunt. Mariæ vero nihil loquuti sunt: solus enim ille Sapiens rem ita moderabatur, ut post incredulitatem ex visu magis, quam ex auditu adduceretur [ad veri notitiam.]

JOANNIS. *Stabat igitur ad monumentum plorans, & inclinans se vidit duos Angelos albâ & hilari veste sedentes, unum ad caput & unum ad pedes, ubi jacebat Corpus Jesu.* Ac cum oporteret fletum in lætitiam mutare, lacrymari non desiit; ita ut Angeli velut increpantes dicerent, *mulier quid ploras?* ac si dicerent: muliebres sunt hæ lacrymæ, mentisque non sagacis. Nam quis flendi locus post tale spectaculum? Illa vero in eadem incredulitate perseverans,(nam ille affectus protrahebatur) ut paulatim adjectis ad confirmationem rebus perfecte curaretur, dixit illis: *quia tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Et cum hæc dixisset, conversa est retrorsum, & videt Jesum stantem, & nesciebat quod Jesus esset*; sive lachrymis obtenebrantibus & quasi gravem caliginem inducentibus; sive id efficiente eo qui declaraturus erat, ut non agnosceretur ab ea.

JOANNIS. Quamobrem dixit ei: *mulier, quid ploras, quem quæris? illa autem existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam.* Et post pauca, Domino autem præcipientis more clamante *Maria*, statim conversa *Rabuni* vocavit, quod dicitur *Magister*; & divinos illos pedes capere quærebat, audivitque: *noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.* Cum hoc, inquit, donum jam assequuta sis, & cum alterâ Mariâ jam tetigeris & adoraveris ac pedes tenueris, ita despexisti ut non crederes, nihilque magnum de me cogitasti; sed etiamnum circa monumentum quæris eum qui sursum divinitus apud Patrem est. At nunc noli me tangere, si tali mente prædita putas mihi adhuc hoc deesse ut ad Patrem ascendam: nam secundum tuam opinionem nondum ascendi ad Patrem meum. Et paucis interpositis: *venit igitur Maria Magdalena annuntians Discipulis, quod viderit Dominum, & hæc dixerit sibi.*

LUCÆ. Cum autem advenisset & annuntiasset, rursum invenit Mariam Jacobi & Joannam & alias cum eis, cum apparatu & aromatibus & unguentis ad sepulcrum properantes; cum tenebræ recederent, idque valde diluculo, id est, summo mane. Tuncque primum incipiens, ut ait Lucas, seseque illis immiscens ibat; ob fervidum erga Jesum amorem principem inter illas locum obti-

πόθου τοῦ ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν ἐξάρχειν αὐτῶν δοκοῦσα, καὶ πρώτη παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς ἀριθμουμένη διὰ τὸ ἐντεῦθεν ἐπίσημον. ἐπεθύμει γὰρ καὶ αὐτὰς οὐκ ἐξ ὧν παρ' αὐτῆς καὶ τῆς ἄλλης Μαρίας ἠκούσθη, (sic) ἀλλ' ἐξ αὐτῆς θέας ἢ ἀγγέλων ἐπιφανεία (sic) πιστωθῆναι πρὸς τὴν ἀνάστασιν. καὶ συνῆν αὐταῖς συνετῶς σιωπῶσα, καὶ μηδὲν λέγουσα διαπορουμέναις αὐταῖς· ἀλλὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀναμένουσα μαρτυρίαν, καὶ πιστεύουσα καὶ αὐτὰς αὐτοῖς ὄμμασιν ἰδίοις πληροφορίαν τινὰ δέξασθαι. καὶ δὴ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἰδοῦσαι τοῦ μνήματος, ἔνδον ἐγένοντο· καὶ οὐχ εὑροῦσαι τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, ἀπορούμεναι βλέπουσιν ἐπιστάντας αὐταῖς ἄνδρας δύο ταῖς στολαῖς ἐξαστράπτοντας, καὶ ἤκουον αὐτῶν λεγόντων.

nens, & prior memorata apud Evangelistas ob eam prærogativam. Optabat enim illas non ex iis quæ a se & ab altera Maria audierant, sed ex ipso visu aut Angelorum conspectu in fide resurrectionis confirmari. Cum illis aderat prudenter silens, nihilque ipsis dubitantibus respondens, sed ipsum rerum testimonium expectans; quod crederet eas ipsis oculis plenam rei certitudinem accepturas. Sane cum revolutum monumenti lapidem vidissent, ingressæ sunt; & cum non invenirent Corpus Jesu, consternatæ vident adstantes duos viros vestibus fulgentes, eosque sic loquentes audierunt.

» ΛΟΥΚΑ. Τί ζητεῖτε ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη, καὶ τὰ ἑξῆς. » καὶ ὑποστρέψασαι, φησίν, ἀπὸ τοῦ μνήματος » ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι » τοῖς λοιποῖς. ἀλλ' ὡς πλῆθος ὄντας μᾶλλον ἠπίστησαν, καὶ τὸ ἀπαγγελθὲν ἔκωψαν καὶ διέπτυσαν· » (ἐφάνησαν γὰρ, φησίν, ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐ» τῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς.) ὥστε τὸν Πέτρον πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπιστίαν διαναστάντα, καὶ ἠρέμα πῶς (sic) καὶ αὐτὸν θορυβηθέντα καὶ σαλευθέντα πάλιν ἐπὶ τὸ μνῆμα δραμεῖν, καὶ παρακύψαι καὶ ἰδεῖν αὖθις τὰ ὀθόνια κείμενα, ἅπερ ἦν εἰσελθὼν ἤδη καὶ θεασάμενος ἀκριβέστερον· ὅθεν ἀρκέσασθαι τῷ (sic) παρακύψαι μόνον. καὶ μηδὲν ἰδὼν, ἀλλοιότερον ἀπῆλθε, θαυμάζων τὸν ταῦτα οἰκονομήσαντα.

LUCÆ. *Quid quæritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit*, &c. *Et regressæ*, inquit, *a monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim & ceteris omnibus.* At illi, utpote qui multitudo essent, non crediderunt; imo nuntium deriserunt respueruntque, (*Visa enim sunt*, ait, *quasi deliramentum verba earum, & non crediderunt illis.*) ita ut Petrus conspecta illorum incredulitate surgeret, & quiete apud se turbatus commotusque rursum ad sepulcrum curreret, ac se inclinans denuo videret linteamina jacentia, quæ jam ingressus accuratius conspexerat: ita ut satis habuerit inclinare se. Et cum nihil videret, attonitus abiit, admirans eum qui hæc ordinaverat.

ΜΑΡΚΟΥ. Καὶ πάλιν ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καθάπερ τὴν περὶ Ἰωάνναν ὄρθρου βαθέως συνεπορεύθη φερούσαις, ἃ ἡτοίμασαν πρὸ τοῦ σαββάτου μύρα τε καὶ ἀρώματα· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῇ Σαλώμῃ ξένῃ τε γυναικὶ παρὰ τὰς ὠνομασμένας, βραδέως μὲν ὠνησαμένῃ δὲ ὁμοίως ἀρώματα, ἀλλὰ μετὰ τὸ σάββατον ἀόκνως μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας συνέτρεχε, παραλαβοῦσα καὶ Μαρίαν τὴν Ἰακώβου μεθ' ἑαυτῆς· ὥστε καὶ τῇ ἀγορασίᾳ τῶν ἀρωμάτων κεκοινωνηκέναι δοκεῖν. κοινωνήσασαι γὰρ τῆς ὁδοῦ, τὸ πολὺ κοινῶς ἐπεγράψαντο σπούδασμα.

MARCI. Rursumque Maria Magdalena, quemadmodum cum Joanna & aliis ferentibus ea, quæ ante Sabbatum præparaverant unguenta & aromata, valde diluculo abierat: eodem modo cum Salome muliere supra memoratis peregrina, tardius quidem, sed emtis similiter aromatibus, post Sabbatum impigre eodemque mentis affectu concurrebat, assumtâ secum Mariâ Jacobi; ita ut emtionis aromatum consortes essent. Nam cum viæ sociæ essent, par in reliquis studii consortium inierant.

» ΜΑΡΚΟΥ. Καὶ λίαν πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν » σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον· οὕτως γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων ἐμφέρεται· δηλοῦν, πρὸς ταῖς ἤδη γεγενημέναις καὶ αὕτη τῶν » γυναικῶν ἡ ἐπὶ τὸ μνῆμα ἄφιξις γέγονεν. τὸ » δὲ λίαν πρωῒ σαφηνίζων ὁ Μάρκος, ἀνα» τείλαντος τοῦ ἡλίου προσέθηκεν. καὶ ἔλεγον, φησὶ, » πρὸς ἑαυτάς· τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἀπὸ » τῆς θύρας τοῦ μνημείου. καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν » ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος· ἦν γὰρ μέγας σφόδρα.

MARCI. *Et valde mane unâ Sabbatorum veniunt ad monumentum.* Sic enim in accuratioribus fertur Exemplaribus; ad priores aditus hic mulierum ad monumentum accessus superadditur. Illud autem *valde mane* ut explicet, Marcus adjicit *orto jam sole*. *Et dicebant*, inquit, *ad invicem: quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes vident quod revolutus esset lapis, erat quippe magnus valde.* Nam cum Salome, ut par erat, dubitaret, utpote quæ nondum ad sepulcrum venisset; & hæc ad itineris socias diceret,

τὸ γὰρ Σαλώμης ἀναγκαίως ἀπορουμένης, ὡς τὸ παράπαν μὴ ἐπιδημησάσης τῷ τάφῳ, καὶ ταῦτα πρὸς τὰς συμβαδιζούσας λεγούσης· ἐκεῖναι σιωπὴν ἄγουσαι κατὰ τὸν προειρημένον ἡμῖν ἀνωτέρω τρόπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄρασαι, τῷ βλέμματι τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσαντο· καὶ γὰρ ὁ λίθος ἀποκεκυλισμένος ὑπὸ ὄψιν ἐφαίνετο. διὰ δὲ τὴν κοινὴν καὶ μίαν ὁδοιπορίαν, πρὸς ἀλλήλας αὐτὰς ἠπορηκέναι καὶ διηλέχθαι γέγραπται· τῇ ἀληθείᾳ τῆς ἱστορίας καὶ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἡμῶν προσεχόντων καὶ διακρινόντων, τίνος ἴδιον ὑπάρχει τὸ ἀπορεῖν τὰς γυναῖκας. τὰς γὰρ ἤδη πολλάκις ἀποκεκυλισμένον θεασαμένας τὸν λίθον, περὶ τούτου φροντίζειν ἀπίθανον ἦν· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν παρὰ τῷ Μάρκῳ ταύταις γυναιξὶν ἀγνοοῦν τὸ τῆς Σαλώμης εἰσφέρεται πρόσωπον, ἀμηχάνως ὁ λόγος ἔχει τὸ πιθανόν. ἐπεὶ κἀκείνων οὐκ ἀκόλουθον τὸ λέγειν·

ΜΑΡΚΟΥ. Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον, τῶν Ἰουδαίων σφραγισαμένων τὴν εἴσοδον τοῦ τάφου, καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν παρακαταστησαμένων φρουράν, καὶ τῆς τρίτης ἡμέρας ἐνδαψιλευσαμένης. πρὸς γὰρ τὸν Πιλᾶτον εἶπον οἱ μιαροί· ἐμνήσθημεν ὅτι ὁ πλάνος ἐκεῖνος εἶπεν ἔτι ζῶν, ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. εἰ μὲν οὖν ᾔδεισαν αἱ γυναῖκες τὸ διὰ τοῦ ἀγγέλου θαῦμα γενόμενον, τήν τε ἀποκίνησιν τοῦ λίθου, καὶ τὴν τῶν φυλάκων ἐκ τοῦ τάφου νέκρωσίν τε καὶ ἀναχώρησιν· πῶς διηπόρουν περὶ τοῦ ἀποκυλισθῆναι τὸν λίθον; εἰ δὲ ἠγνόουν τὸ θαῦμα, τὴν στρατιωτικὴν φρουρὰν ἐννοεῖν ἔδει, καὶ τὴν ἄνοιξιν τοῦ μνήματος μὴ φαντάζεσθαι. ἀλλ', ὡς ἔφην, ἡ Σαλώμη καὶ τούτου (ſic) ἠγνόησεν, καὶ αὐτῆς μόνης τὰ ῥήματα ἦν. Μαρία γὰρ ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία καθεσθεῖσαι τοῦ μνήματος ἐξεναντίας, ὁ Ματθαῖος ἱστόρησεν, καὶ φιλοπόνως προσεδρευοῦσαι, καὶ τὰς σφραγῖδας τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν τῶν ὁπλιτῶν φυλακὴν ὀψὲ παρέλαβον. ἡ δὲ Σαλώμη εἰσελθοῦσα σὺν ταῖς Μαρίαις ἀμφοῖν

ΜΑΡΚΟΥ. Νεανίσκον εἶδον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκήν, καὶ ἐπτοήθησαν πᾶσαι· ἡ μὲν ὡς ἐνδεῶς ἔχουσα πίστεως, καὶ ἀνθρωπινότερον διακειμένη· αἱ δὲ ὡς ἐπιχωριάζουσαι συχνῶς τῷ μνήματι, καὶ πολυπραγμονοῦσαι λοιπὸν δοκοῦσαι τὴν ἀνάστασιν πέρα τοῦ δέοντος. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ νεανίσκος ὤφθη, καταπλῆξαι τῷ μεγέθει καὶ φόβον ἐμποιῆσαι δυνάμενος, καὶ μιγνὺς τῷ φοβερῷ τὸ φαιδρὸν διὰ τοῦ λευκοῦ τῆς στολῆς καὶ ὡς ἐν ἑορτῇ, καὶ ἵνα μὴ παγῶσι τῷ δέει· καὶ σφοδρότερον δὲ αὐταῖς διαλέγεται, παιδεύων αὐτὰς δι' ὧν ἔλεγεν, μετὰ τοσαύτας θέας μὴ περιέργως διακεῖσθαι, βεβαίως δὲ μᾶλλον ἐφ' οἷς εἶδον ἑστάναι.

ΜΑΡΚΟΥ. Ὑπάγετε, γάρ φησιν, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ, τοῖς μὲν μαθηταῖς

ceret; illæ ſilentes eo quo ſuprà diximus modo, ſublatis oculis, ipſo rei aſpectu reſponſionem dederunt: ſiquidem revolutus lapis ſub aſpectum cadebat. Sed quod eamdem viam ſimul inſtituerent, eas dubitaſſe & mutuo collocutas eſſe ſcriptum eſt; nobis tamen interea ad veritatem hiſtoriæ & ad ipſam rerum naturam attendentibus judiciumque ferentibus, cui videlicet proprie conveniat quod dicitur, mulieres nempe dubitaſſe. Illas enim quæ jam ſæpe revolutum lapidem viderant, hac de re ſolicitas fuiſſe veriſimile non eſt. Sed quandoquidem ex mulieribus a Marco memoratis Salome rem ignorare indicatur, id procul dubio credibile eſt. Siquidem conſentaneum non erat illas dicere:

MARCI. *Quis revolvet nobis lapidem*, cum Judæi ingreſſum ſepulcri obſignaſſent, militumque cuſtodiam poſuiſſent, jamque tertia dies adeſſet. Scelerati quippe illi Pilato dixerant: *Recordamur quod ſeductor ille dixerit dum adhuc viveret, poſt tres dies reſurgam.* Si ergo mulieres miraculum ab Angelo factum ſciviſſent, remotionemque lapidis, ac cuſtodes ſepulcri velut mortuos factos fuiſſe receſſiſſeque; quare ſolicitæ fuiſſent de removendo lapide? Quod ſi miraculum ignorabant, de cuſtodia militum curare oportuit, nec de monumenti apertione tantam difficultatem comminiſci. At, ut dixi, Salome & hæc ignorabat, & ejus ſolius erant prædicta verba. Siquidem Mariam Magdalenam & alteram Mariam ex adverſo monumenti ſediſſe Matthæus narravit; quæ ſtudioſe excubantes, ſignacula Judæorum & militum cuſtodiam ſero edidicerunt. Salome autem & duæ Mariæ ingreſſæ

MARCI. *Viderunt juvenem ſedentem a dextris, coopertum ſtolâ candida, & obſtupuerunt omnes*; illa quidem quod fide indigeret, & humaniori ſenſu affecta eſſet; illæ vero, quod frequentius ad monumentum veniſſent, & curioſius quam par erat de reſurrectione ſolicitæ eſſent. Ideo juvenis ille viſus eſt, qui magnitudine ſua terrorem timoremque incutere poterat, ac miſcebat terrori lætitiam per veſtem quaſi in die feſto albam, ne terrore prorſus conſternarentur; qui eas vehementius alloquitur verbis ſuis illas erudiens, ne poſt tanta ſpectacula curioſius ultra perquirerent, ſed potius in eorum quæ viderant fide conſiſterent.

MARCI. Nam ait: *ite, dicite Diſcipulis ejus, & Petro;* Diſcipulis quidem, utpote qui ſæpe

ὡς πολλάκις ἠπιστηκόσι, τῷ δὲ Πέτρῳ ὡς μετὰ τῆς αὐτῆς πολυπραγμοσύνης δεύτερον ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐλθόντι· ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν, ὑμῖν ταῖς γυναιξίν.

ΜΑΤΘΑΙΟΥ. Ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων ἐπιφανεὶς, ὡς ὁ Ματθαῖος συνέγραψε. τοῖς γὰρ μαθηταῖς οὐδέποτε φαίνεται φήσας, ὡς μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῖς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ φανήσεται· εἰ μή τι γε ἐκεῖνο ἐρεῖ τις, ὅπερ ὁ Ματθαῖος καὶ Μάρκος ἔγραψε· μετὰ τὸ δεῖπνον τὸ μυστικὸν ἐξελθόντα αὐτὸν εἰς τὸ ὄρος ὑμνῆσαι τῶν ἐλαιῶν, ἀπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον ὧδέ πως· μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. ἐξελθοῦσαι δὲ τοῦ μνήματος αἱ Μαρίαι καὶ ἡ Σαλώμη, τρόμῳ καὶ ἐκπλήξει συνεχόμεναι φυγάδες ἐγένοντο, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον. ἐφοβοῦντο γάρ· τοῦτο μὲν διὰ τὸ φοβερὸν τοῦ νεανίσκου· τοῦτο δὲ διὰ τὸ τὴν ἡμέραν ἤδη προελθεῖν, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ὡς εἰκὸς φωνοῦντας ἄνω κάτω περινοστεῖν.

ΜΑΡΚΟΥ. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον μέχρι τοῦ, ἐφοβοῦντο γὰρ, ἔχει τὸ τέλος· ἐν δέ τισι προσκεῖται καὶ ταῦτα· ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτων, ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. τοῦτο δὲ ἐναντίωσίν τινα δοκεῖ ἔχειν πρὸς τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα· τῆς γὰρ ὥρας τῆς νυκτὸς ἀγνώστου τυγχανούσης καθ' ἣν ὁ σωτὴρ ἀνέστη, πῶς ἐνταῦθα ἀναστῆναι πρωῒ γέγραπται. ἀλλ' οὐδὲν ἐναντίον φανήσεται τὸ ῥητὸν, εἰ μετ' ἐπιστήμης ἀναγνωσόμεθα. καὶ γὰρ ὑποστίξαι δεῖ συνετῶς· ἀναστὰς δὲ, πρωῒ πρώτῃ σαββάτων ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ· ἵνα τὸ μὲν, ἀναστὰς, ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν συμφώνως τῷ Ματθαίῳ πρὸς τὸν προλαβόντα καιρόν· τὸ δὲ, πρωῒ, πρὸς τὴν τῆς Μαρίας γενομένην ἐπιφάνειαν ἀποδοθείη ὡς πρώτῃ σὺν τῇ ἄλλῃ Μαρίᾳ. καὶ πάλιν, αὐτὴ μόνη ἐκ δευτέρου ἔτι σκοτίας οὔσης, θεασαμένη τὸν κύριον. πρωῒ γάρ ἐστιν ἅπαν τὸ διάστημα, τὸ μετὰ τὴν τῶν ἀλεκτρυόνων βοήν. τεσσάρων τοίνυν ὄντων καιρῶν καὶ τοσούτων ἀφίξεων, καθὼς αἱ γυναῖκες ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον, ἕκαστον εὐαγγελιστὴν ἕνα καιρὸν οἰκονόμησε γράψαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος τὰς ὀψὲ σαββάτων παραγενομένας ἐπὶ τὸ μνῆμα ἱστόρησεν, ἄγγελον ἕνα τὸν καταβεβηκότα ἐξ οὐρανοῦ καὶ τὸν λίθον ἀποκυλίσαντα· ὁ δὲ Ἰωάννης, Μαρία γὰρ ἡ Μαγδαληνὴ ἐληλυθέναι μόνη ἐν τῷ σκότῳ πρὸ τῆς ἑῴας ὑπέγραφεν, καὶ δύο ἀγγέλους ἔνδον τοῦ τάφου θεάσασθαι· Λουκᾶς δὲ ἄλλας κατ' αὐτὸν τὸν ὄρθρον· Μάρκος δὲ ἐπέραν ἀνίσχοντος ἡλίου, συναναμιγνυμένων δέ τινων καὶ τῶν ἤδη παραγενομένων, καὶ τοὺς μὲν δύο ἄνδρας ἐπι-

increduli fuissent; Petro autem, utpote qui cum tanta solicitudine bis ad monumentum venisset: *quod præcedit vos in Galilæam; ibi eum videbitis, sicut dixit vobis*, vobis mulieribus.

MATTHÆI. *Vespere Sabbatorum quæ lucescit in una Sabbatorum* apparens, ut Matthæus scripsit. Nam Discipulis nunquam videtur dixisse se post resurrectionem ipsis in Galilæa apparitururn esse; nisi cum dixerit quispiam, ut Matthæus & Marcus scribunt: post Cœnam mysticam egressus in montem Olivarum ut hymnum diceret, salvator dixit: *postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.* Egressæ autem ex monumento Mariæ illæ & Salome tremore & pavore correptæ *fugerunt, & nemini quidquam dixerunt: timebant enim* tum ob terrorem a juvene illo incussum; tum quia dies jam procedebat, ac Judæi, ut verisimile est, vociferantes ultro citroque cursitabant.

MARCI. In accuratioribus Exemplaribus Evangelium secundum Marcum in hæc verba, *timebant enim*, desinit; in quibusdam autem adjiciuntur & hæc: *cum surrexisset autem mane prima Sabbatorum, apparuit primo Mariæ Magdalenæ de qua ejecerat septem dæmonia.* Hoc autem prius dictis quodammodo repugnare videtur. Nam cum noctis hora, qua Salvator resurrexit, ignota sit, quomodo hîc mane resurrexisse scribitur. Sed nihil repugnantiæ in hoc dicto deprehendetur, si scienter legamus. Siquidem sagaciter interpungendum est: *cum surrexisset autem, mane prima Sabbatorum apparuit primo Mariæ Magdalenæ*: ita ut illud quidem, *cum surrexisset*, perinde atque apud Matthæum referatur ad præcedens tempus; illud autem, *mane*, adscribatur ad apparitionem Mariæ factam, quæ prima erat cum altera Maria. Et rursum: ipsa sola secundò, cum adhuc tenebræ essent, vidit Dominum. Mane quippe est totum intervallum, quod post gallicinium intercedit. Cum quatuor itaque sint tempora & totidem accessus, quibus mulieres ad monumentum venerunt, ut quisque Evangelista unum tempus describeret, providit Spiritus Sanctus. Matthæus quidem, mulieres vespere Sabbatorum accessisse, Angelumque unum de cœlo descendisse & lapidem revolvisse; Joannes vero, Mariam Magdalenam solam in tenebris ante auroram venisse scripsit, & duos Angelos intra sepulcrum vidisse; Lucas iterum alias in ipso diluculo; Marcus autem alium accessum orto jam sole, commixtis quibusdam aliis quæ jam accesserant, & alias quidem duos viros adstantes sibi, alias vero sedentem a dexteris juvenem vidisse, omnesque vestibus candidis amictos: ita ut possit quispiam secundum temporum ordi-

φανέντας αὐταῖς, τὸν δὲ καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς (sic & supra) νεανίσκον ἰδεῖν, στολαῖς δὲ ἅπαντας ἠμφιεσμένους λευκαῖς· ὥστε δύνασθαί τινα κατὰ τὴν τῶν καιρῶν τάξιν τὰ παρ' ἑκάστῳ γεγραμμένα συνθεῖναι, καὶ μίαν ἁρμονίαν εἰς ἓν σῶμα πάσης τῆς ἱστορίας ἐργάσασθαι, καθάπερ ἑνὸς τοῦ πάντα γεγραφότος καὶ οὐ πολλῶν. εἰ μὲν γὰρ μιᾶς ἀφίξεως τῶν γυναικῶν ἐν ἑνὶ καιρῷ γινομένης οἱ τέσσαρες ἐμνημόνευσαν, καὶ οὐ τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους εἶπον ἐπιφανῆναι· εἰ μὴ καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν ἤτοι ὀπτασίαν ἅπαντες εἰπόντες, τὴν αὐτὴν ἔφασαν ἐν διαφόροις γεγενῆσθαι καιροῖς, οὐχ ἑνὸς μνημονεύσαντες ἕκαστος χρόνου, διαφωνίας εἶχε μέμψιν ὁ λόγος. εἰ δὲ καὶ οἱ καιροὶ διάφοροι, καὶ τὰ πρόσωπα καὶ τῶν ἐπιφανέντων ὄψεις οὐχ αἱ αὐταί, τοῦ θεοῦ βουληθέντος διὰ πολλῶν τρόπων πιστώσασθαι τὸ ἄπιστον θαῦμα τῆς ἀναστάσεως, καὶ τὰ τῶν ἄλλων μὴ λεχθὲν ἕτερος ἱστόρησεν εὐαγγελιστής, πῶς οὐκ ἔστιν ἡ διήγησις καθαρὰ καὶ ἐλευθέρα πάσης βλάβης;

nem, quæ a singulis narrantur unà conferre, unamque harmoniam in unum corpus historiæ efficere, ac si unus omnia scripsisset & non plures. Nam si unicum mulierum accessum uno tempore factum quatuor Evangelistæ memorassent, nec eosdem Angelos apparuisse dixissent; nisi cum eamdem apparitionem seu visionem omnes narrassent, eamdem ipsam dixissent variis temporibus factam, nec unum singuli tempus memorassent, dissonantia in in narratione reprehendi posset. Si vero & tempora diversa & personæ variæ sint, & visiones apparentium non eædem, Deo volente ut multis modis credibile fieret incredibile illud miraculum resurrectionis, & si Evangelista quilibet ea narravit quæ alii non narraverant, quomodo narratio pura & omni labe innoxia non fuerit?

Hæc quidem explanatio satis intricata videtur, paucosque fore puto, qui cum Severo talem Evangelistarum consensum statuant.

Quæ sequuntur autem post illud, ἐφοβοῦντο γάρ, quæ sunt postrema verba versûs octavi Capitis decimi sexti & ultimi secundum Marcum; id est, quæ habentur versu nono & sequentibus usque ad finem, in quibusdam Exemplaribus non exstabant, ut hîc & in sequenti Codice num. XXIV. dicitur. Aitque sequentis Codicis Scholiastes illa quæ post ἐφοβοῦντο γὰρ sequuntur, esse νοθευόμενα. Sed perperam: nam præterquam quod ut ait supra Severus, quæ sequuntur si probe intelligantur, optime consonant cum præcedentibus; nullatenus dici potest his verbis, ἐφοβοῦντο γάρ, Marci Evangelium claudi. Nam hujusmodi sunt, ut alia consequentia postulent, quod nemo sanus negaturus est.

CODEX XXIV. olim CCXLI. membranaceus, XI. circiter sæculi, in quo 1°. Catena in Matthæum ex Anepigrapho, Apolinario, Basilio Cæsariensi, Chrysostomo, Cyrillo Alexandrino, Eusebio Cæsariensi, Gregorio Nysseno, Gregorio Theologo, Irenæo, Origene, Photio, Severo, Theodoreto, Theodoro Heracl. Theodoro Mopsuest.

In fine στίχοι βχʹ. i. *versus 2600*. Deinde τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον ἐξεδόθη ὑπ' αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ, μετὰ χρόνους ὀκτὼ τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως. i. *Evangelium secundum Matthæum ab ipso Hierosolymis editum est post annos octo a Christi Assumtione.*

2°. Commentarii in Evangelium secundum Marcum. Victori Presbytero tribuuntur, ut in Codice præcedenti. Sed quædam ex Photio interdum inseruntur, ipsius nomine ad marginem adscripto.

In versum 9. capitis postremi duplex scholium affertur; alterum jam annotatum in Codice XIX. & sequentibus; alterum vero sic: ἐπειδὴ δὲ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων πρόσκειται τῷ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίῳ· ἀναστὰς δὲ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου πρωΐ, ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, καὶ τὰ ἑξῆς. δοκεῖ δὲ τοῦτο διαφωνεῖν τῷ ὑπὸ τοῦ Ματθαίου εἰρημένῳ, ἐροῦμεν ὡς δυνατὸν μὲν ἦν εἰπεῖν, ὅτι νενόθευται τὸ παρὰ Μάρκῳ ἔν τισι φερόμενον &c. qua de re in præcedenti Codice agitur.

In fine στίχοι αχʹ. *versus 1600*. ἐξεδόθη μετὰ χρόνους ιʹ. τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως. *Editum est post annos decem a Christi Assumtione.*

CODEX XXV. alias CXXI. membranaceus, decimi sæculi, complectitur Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas cum Commentariis ex Chrysostomo aliisque Patribus & Auctoribus collectis & in ordinem digestis ab Andrea Presbytero, ut docet nota ad calcem hujus Codicis exscribenda.

In folio Bombycino ad compingendum adhibito legitur hæc nota Græcobarbara: μνήσθητι κύριε τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου Ἀργυροῦ ἱερέως τοῦ Καριανοῦ, ὧν τὰ ἐξαγόρασεν (sic) τὰ τρία βιβλία ταῦτα τὸν πραξαπόστολον, τὸν Ισαὰκ, καὶ τὸ χρυσοστομικὸν, εἰς μνημόσυνον αὐτοῦ καὶ τῆς (sic) καὶ τῶν γονέων τοῦ, (sic) εἰς τὸ ζλζ. i. *Memento, Domine, animæ servi tui Argyri Sacerdotis Cariani, qui comparavit hos tres libros, Actus Apostolorum, Isaac & Chrysostomi Codicem in memoriam sui & (uxoris) & parentum anno* 7037. i. Christi 1529.

Præmittitur expositio Capitum Actuum auctore Pamphylo, ἔκθεσις κεφαλαίων τῶν πράξεων, τοῦ Παμφίλου. Quam integram edimus infra. Subsequitur, ἀποδημία Παύλου τοῦ ἁγίου, peregrinatio seu itinerarium sancti Pauli, ut initio editi Oecumenii.

Catenæ in Acta hic titulus præfigitur.

Ἑρμηνεία τῶν πράξεων τοῦ Χρυσοστόμου καὶ ἑτέρων διαφόρων. i. *Interpretatio Actuum ex Chrysostomo & diversis aliis.*

Diversi autem illi prᴛter Chrysostomum sunt.

Ammonius Presbyter. Frequentissime, semel memorato libro vel libri parte cui titulus παραγραφὴ, sic ἐν παραγραφῇ, cujus fragmenti initium est: ἠρώτησέ με ὁ σχολαστικὸς Καισάριος, εἰ κατελθόντος εἰς ᾅδου Ἰησοῦ τοῦ θεοῦ λόγου πασῶν τῶν ψυχῶν ἐλύθη τὰ δεσμά· καὶ εἶπον, Ναί. εἶτα οὖν, φησὶ, καὶ ὁ Ἰούδας λελυμένος ἐστί; καὶ εἶπον· ναὶ πάνυ, οὐ γὰρ οἷον τε ἦν τοῦ παμβασιλέως παρόντος, τὸν τύραννον τὸν αὐτὸν χειρωθέντα, λέγω δὲ θάνατον, ἔτι τοὺς αἰχμαλώτους κατέχειν. τί οὖν ἐποίησε, φησί; ἐκήρυξεν ὡς ἐπὶ γῆς καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πᾶσι, τὴν εἰς αἰώνιον σωτηρίαν ἄγουσαν ὁδόν. . . . καὶ τοὺς μὲν πιστεύσαντας ἀνήγαγεν σὺν ἑαυτῷ· τοὺς δὲ ἀπιστήσαντας εἴασε κάτω πάλιν ἐν τῇ προτέρῃ καταστάσει &c. i. *Interrogavit me Cæsarius Scholasticus, an cum descendit Jesus Deus Verbum ad inferos, animarum omnium vincula soluta sint. Et dixi: etiam. Reponit ille: Judas ergo solutus est. Respondi: ita. Neque enim par erat omnium Rege præsente tyrannum ipsum, mortem dico, qui subactus fuerat adhuc captivos retinere. Quid igitur fecit, inquit ille? Iis qui in inferno erant, quod in terra fecerat, prædicavit viam quæ ad salutem ducit... eosque qui crediderunt secum reduxit; illos vero qui increduli fuerunt, infra reliquit in priori statu &c.* Hujus erroris occasione scripta videtur Severi Epistola ad eumdem Ammonium infra notata.

Ἀνεπίγραφος,

Apolinarius,

Arsenius Tripolitanus Episcopus,

Athanasius, ἐκ τῆς πρὸς Ναυατιανοὺς πραγματείας. ἐκ τῆς περὶ Ναυατιανῶν βίβλου, λόγου γ΄. ἐκ τῆς πρὸς Ναυατιανοὺς τοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάσαντας (sic) λόγου β΄. In collectione nova Tom. 2. p. 103. legitur, ἐκ τῆς πρὸς Ναυατιανοὺς πραγματείας. ἐκ τῆς πρὸς τοὺς λεγομένους Καθαροὺς βίβλου, λόγου γ΄. Quæ omnia cusa sunt in collectione nova nostra inter Opera S. Athanasii.

Basilius Cæsariensis,

Clemens Stromateus,

Cyrillus Alexandrinus. ἐκ τῆς Ἰωὴλ ἑρμηνείας τόμου β΄. ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἀμὼς τόμου γ΄. ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους, τόμου β΄. ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς προτέρας, τόμου β΄. ἐκ τοῦ α΄. τεύχους τοῦ κατὰ δυσσεβῶν Ἰουλιανοῦ, τόμου β΄. Item ἐκ τοῦ β΄. τεύχους εἰς τὸ, πάτερ εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου.

Didymus,

Dionysius Alexandrinus,

Ephræm,

Epiphanius Cypri Episcopus,

Evagrius Monachus,

Eusebius Cæsareæ Episcopus,

Eusebius Emisenus,

Gregorius Nyssenus,

Gregorius Theologus,

Hesychius Presbyter,

Josephus,

Irenæus Lugdunensis,

Isidorus Pelusiota,

Maximus Monachus,

Nicolaus Presbyter & Monachus. ἐκ τοῦ εἰς τὸν προφήτην Ἰωήλ. ἐκ τοῦ εἰς τὸν προφήτην Ἀμώς.

Origenes,

Pastor. ἐξ ἐντολῆς ἐνάτης.

Philo,

Severianus Gabalorum Episcopus,

Severus Antiochenus. Ex multis Operibus nominatim supra recensitis: ἀπὸ λόγου ξζ. ἀπὸ λόγου κγ΄. κη΄. μγ΄. μν΄. ιθ΄. οδ΄. οζ΄. ρθ΄.

Τιτικοῦ.

Ἐκ τοῦ κατὰ τῆς διαθήκης Λαμπετίου συντάγματος.

Ex

Ex τ͂ εἰς ὅ, ἅγιος ὁ θεὸς, συντάγματος.
Ex τ͂ πρὸς τ͂ Αλικαρνασία συντάγματος.
Aliter: πρὸς τ͂ Ιυλιανὸν Αλικαρν-
Ex τοῦ β΄ τῆς τοῦ Αλικαρνασέως ἀπολογίας συντάγματος.
Ex τ͂ πρὸς Ευπράξιον κυβικουλάριον καταφέρτων. al. ἀποκρίσεων.
Ex τ͂ πρὸς Φωκᾶν καὶ Ευπράξιον κυβικ- ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Φωκᾶν ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Πέτρον μονάζοντα ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς τοὺς ἐν τῇ μονῇ (sic) Ιωάννου ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Ιωάννην στρατιώτην ἐπιστολῆς.
Ex τῆς πρὸς Κωνσταντῖνον ἀπὸ ὑπάτων, (al. ἀπὸ ὑπάτων) ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Αναςασίαν (sic) διάκονον ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς σολωνα (sic) ἐπίσκοπον ἐπιστολῆς τ͂ β΄ βιχλίου.
Ex τῆς πρὸς Μηνᾶν πρεσβύτερον ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Μάρωνα ἐπιστολῆς.
Ex τῆς πρὸς Τιμόθεον ἀρχιεπίσκοπον Αλεξανδρείας ἐπιστολῆς.
Ex τῆς πρὸς Αἰδεσίους (sic) ἐπιστολῆς.
Ex τῆς πρὸς Αμμώνιον ἐπιστολῆς. Probatque Christum, cum ad inferos descendisset, non omnes qui ibi detinebantur solvisse, sed eos tantum qui dum viverent crediderant, ac fidem suam bonis operibus commendaverant: quod confirmat adductis testimoniis Gregorii Nazianzeni, ac Ignatii θεοφόρου.
Ex τῆς πρὸς Αναςασίαν (sic) ὕπατον ἐπιστολῆς.
Ex τῆς πρὸς ἐπισκόπους ἐπιστολῆς.
Ex τῆς πρὸς Μιχαὴλ κυβικουλάριον ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Νικίαν ἐπίσκοπον ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Φῶτιον πρεσβύτερον ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Ανδρόνικον κοινοβίου ἄρχων. (sic bis)
Ex τ͂ πρὸς τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει ὀρθοδόξους ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Λεόντιον χαρτουλάριον ἐπιστολῆς.
Ex τ͂ πρὸς Ηρακλειανὸν ἐπιστολῆς.
Theodoretus,
Theodorus Heracleæ Episcopus.
Theodorus Presbyter & Monachus,
Theodotus Ancyranus,
Theophilus Alexandrinus.

Commentarii in Acta Apostolorum hac chronologica nota, tacito Authore, absolvuntur.

Μαρτυρολόγιον Παύλου τοῦ ἀποστόλου.

Επὶ Νέρωνος τ͂ Καίσαρος Ρωμαίων ἐμαρτύρησεν αὐτόθι Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς ἐν τῷ τριακοστῷ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τ͂ καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος ἐν Ρώμῃ πέμπτῃ ἡμέρᾳ πανέμου μηνὸς, ἥτις λέγοιτ' ἂν παρὰ Ρωμαίοις ἡ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ιυλίων· καθ' ἣν ἐτελειώθη ὁ ἅγιος ἀπόστολος τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, ἑξηκοστῷ ἐνάτῳ ἔτει τ͂ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας. ἐστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος ἐξ οὗ ἐμαρτύρησεν τριακόσια τριάκοντα ἔτη μέχρι τ͂ παρούσης ταύτης ὑπατείας, τετάρτης μὲν Αρκαδίου τρίτης δὲ Ονωρίου τῶν δύο ἀδελφῶν αὐτοκρατόρων Αὐγούστων, ἐνάτης ἰνδικτιῶνος ιε΄. ἐτηρικῆς (lege πεντεκαιδεκαετηρικῆς) περιόδου, μηνὶ Ιουνίῳ εἰκοστῇ ἐνάτῃ ἡμέρᾳ.

*Martyrologium Pauli Apostoli.*

*Sub Nerone Romanorum Cæsare martyrium passus est Paulus Apostolus, gladio obtruncatus anno trigesimo sexto post Salvatoris Passionem, qui bonum certamen certavit Romæ quinta mensis Panemi die, id est apud Romanos tertio Kalendas Julias, quo die martyrio consummatus est sanctus Apostolus sexagesimo nono anno adventus Salvatoris nostri. A tempore igitur martyrii ejus effluxerunt anni trecenti triginta usque ad præsentem Consulatum, quartum videlicet Arcadii & tertium Honorii Imperatorum Augustorum, indictione nona periodi quindecim annorum, mensis Junii vigesima nona die.*

Hæc eadem nota habetur initio Oecumenii Edit.

Altera nota in fine Codicis scripta horum Commentariorum Collectoris nomen indicat, & sic habet. Ανδρέου δὲ τ͂ ἐλεεινοῦ καὶ ταπεινοῦ πρεσβυτέρου τ͂ συναγαγόντος καὶ παραθεμένου τὰς ἐμφερομένας τῇ βίβλῳ ταύτῃ παραγραφὰς οἱ ἐντυγχάνοντες προσεύχεσθε, ἵνα ὁ θεὸς δωρήσηται αὐτῷ ἔλεος ἐν τῇ φοβερᾷ καὶ ἀδεκάστῳ τ͂ κρίσεως ἡμέρᾳ. παρακαλῶ δὲ τοὺς γράφοντας ταύτην τὴν βίβλον καὶ τὴν προκειμένην βίβλον μετὰ παρακλήσεως πάσης. Id est. *Qui legitis hunc librum, orate pro Andrea miserabili & humili Presbytero, qui hujus libri Paragraphas collegit ac disposuit, ut Deus ipsi misericordiam largiatur in tremendo die judicii, in quo*

*nullius personæ acceptio futura est. Hortor autem vos qui hunc librum estis exscripturi, ut hanc precationem una cum hortatione describere non omittatis.*

## *In Opusculum Pamphili Martyris.*

Hanc opellam esse vere Pamphili Martyris, non est quod dubitemus. Nam in eo fere totam ætatem contrivit S. Martyr, ut Scripturæ Sacræ libros manu sua describeret, ornaret titulis atque scholiis, ut docet Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Indicat item nota Codicis RR. PP. Jesuitarum, qui Prophetas omnes continet; asserit demum Calligraphus Codicis vetustissimi hujus Bibliothecæ num. CCII. qui ad calcem Epistolarum S. Pauli ait se illum ipsum Codicem contulisse in Bibliotheca Cæsariensi cum alio Codice, qui ipsius Pamphili manu exaratus fuerat. Ad hæc vero Calligraphus ille in nota sua, eâdem loquendi formulâ eâque non vulgari utitur, quæ initio opusculi sequentis usurpatur; nimirum, *περὶ ὧν ἁπάντων τόλμης συγγνώμην αἰτῶ, εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν συμπεριφορὰν κομιζόμενος*, quæ verba ipse ex Pamphilo haud dubie mutuatus est. Hanc autem expositionem tum ob auctoris sanctissimi celeberrimique nomen, tum quia non fructu vacare putatur, hîc edere visum est.

Ἔκθεσις κεφαλαίων τῶν πράξεων τοῦ Παμφίλου.

Ἐκ πατέρων ἡμῖν καὶ διδασκάλων τὸν τρόπον καὶ τὸν τύπον ὠφελημένοι, ἐγχειροῦμεν μετρίως τήνδε τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν, αἰτοῦντες συγγνώμην προπετείας ἡμῖν οἱ νέοι χρόνῳ τε καὶ μαθημάτων, (sic) ἑκάστου τῶν ἀναγινωσκόντων εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν συμπεριφορὰν κομιζόμενοι. ἐκτιθέμεθα οὖν αὐτὴν καθ' ἱστορίαν Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ συγγραφέως. Τοιγαροῦν διὰ μὲν τοῦ ἄλφα καὶ βῆτα αὐτοτελῆ τὰ κεφάλαια, διὰ δὲ τοῦ ἀστερίσκου τὰς ἐν μέρει τούτων ἐχούσας ὑποδιαιρέσεις ἐσημειωσάμεθα.

α'. περὶ τῆς ἐξ ἀναστάσεως διδασκαλίας Χριστοῦ καὶ ὀπτασίας πρὸς τοὺς μαθητάς, καὶ περὶ ἐπαγγελίας τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρεᾶς· εἴδους τε καὶ τρόπου τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ.

β'. Πέτρου διάλογος πρὸς τοὺς μαθητευθέντας περὶ θανάτου καὶ ἀποβολῆς Ἰούδα· ἐν ᾧ περὶ ἀντεισαγωγῆς Ματθίου κληρωθέντος χάριτι Θεοῦ διὰ προσευχῆς.

γ'. περὶ θείας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσεως ἐν ἡμέρᾳ Πεντηκοστῆς γενομένης εἰς τοὺς πιστεύσαντας, ἐν ᾧ Πέτρου κατήχησις, καὶ περὶ τόπων ἐκ τῶν προφητῶν περὶ πάθους καὶ ἀναστάσεως, καὶ ἀναλήψεως Χριστοῦ, δωρεᾶς τε τοῦ ἁγίου πνεύματος. περὶ πίστεως τῶν παρόντων καὶ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν σωτηρίας. περὶ ὁμονοίας κοινωφελοῦς καὶ προσθήκης τῶν πιστευόντων.

δ'. περὶ τῆς ἐν Χριστῷ θεραπείας τοῦ ἐκ γενετῆς χωλοῦ· Πέτρου τε κατηχήσεως ἐλεγκτικῆς, συμπαθητικῆς, συμβουλευτικῆς πρὸς σωτηρίαν αὐτῶν· ἐν ᾧ ἐπίστασις ἀρχιερέων ζήλῳ τοῦ γεγονότος, καὶ κρίσις τοῦ θαύματος, Πέτρου τε ὁμολογία τῆς Χριστοῦ δυνάμεώς τε

Pamphili expositio capitum Actuum Apostolorum.

Quam a Patribus & Doctoribus utilem formam & modum accepimus, in hac Capitum expositione pro modulo nostro tradimus, temeritatis nostræ veniam rogantes nos, qui & quoad ætatem & quoad doctrinam juvenes sumus; quique ex singulorum qui hæc legent precibus, utilitatem undique colligemus. Hanc igitur expositionem facimus secundum historiam Lucæ Evangelistæ & scriptoris. Per *Alpha* itaque & *Beta* integra capita, per Asteriscum vero eorum in partes subdivisiones annotavimus.

1. De doctrina Christi ex resurrectione (i. post resurrectionem) & de apparitione ad Apostolos, deque promissione doni Spiritûs Sancti; de specie & modo assumtionis Christi.

2. Petri dialogus ad Discipulos de morte & reprobatione Judæ; ubi & de cooptatione Matthiæ in ejus locum, qui forte electus est gratiâ Dei per orationem.

3. De divino Sancti Spiritus adventu ad eos qui crediderant, in die Pentecostes, ubi & Petri Catechesis, & loca ex Prophetis de passione, resurrectione & assumtione Christi; de dono item Spiritûs Sancti. De fide præsentium & de salute ipsorum per Baptismum. De concordia utili & de incremento fidelium.

4. De curatione in Christo ejus, qui ab ortu claudus erat. De Petri Catechesi, ubi redarguit, compatitur, & ad salutem dat consilia. Hinc adventus Sacerdotum ex rei gestæ livore, & judicium de miraculo, Petrique confessio circa Christi virtutem &

καὶ χάριτος. περὶ ἀπίστων ἀρχιερέων προσταττόντων, ὡς οὐ δεῖ παρρησιάζεσθαι ἐπὶ τῷ ὀνόματι Χριστοῦ, καὶ ἀνανεώσεως τῶν ἀποστόλων. εὐχαριστία ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς τῶν ἀποστόλων πιστῆς καρτερίας.

ε΄. περὶ ὁμοψύχου καὶ καθολικῆς κοινωνίας τῶν πιστευσάντων, ἐν ᾧ περὶ Ανανίου καὶ Σαπφείρης καὶ τῆς πικρᾶς αὐτῶν τελευτῆς.

ϛ΄. ὅτι τοὺς ἀποστόλους ἐμβληθέντας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ ἄγγελος κυρίου νύκτωρ ἐξάγει ἐπιτρέψας ἀκωλύτως κηρύσσειν τὸν Ἰησοῦν· ἐν ᾧ ὅτι τῇ ἑξῆς οἱ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς πάλιν συλλαβόμενοι, ἐφ' ᾧ μηκέτι διδάσκειν, μαστίξαντες ἀπέλυσαν. Γαμαλιήλου γνώμη πινυτὴ περὶ ἀποστόλων, μετὰ παραδειγμάτων τινῶν καὶ ἀποδείξεων.

ζ. (& η. licet non notetur in Ms.) περὶ χειροτονίας τῶν ἑπτὰ διακόνων. Ἰουδαίων ἐπισύστασις καὶ συκοφαντία κατὰ Στεφάνου, αὐτοῦ τε δημηγορία περὶ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκης τοῦ θεοῦ καὶ περὶ τῶν ιβ΄. πατριαρχῶν· ἐν ᾧ τὰ περὶ τοῦ λιμοῦ καὶ πυρωνίας, καὶ ἀναγνωρισμοῦ τῶν υἱῶν Ἰακώβ· καὶ περὶ γενέσεως Μωσέως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν Μωϋσῆ θεοφανείας ἐν ὄρει Σινᾶ γενομένης· περὶ τῆς ἐξόδου καὶ μοσχοποιΐας τοῦ Ἰσραὴλ ἄχρι τῶν χρόνων τοῦ Σαλομῶνος καὶ τῆς τοῦ ναοῦ κατασκευῆς· ὁμολογίας τῆς ὑπερουρανίου δόξης Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποκαλυφθείσης αὐτῷ Στεφάνῳ, ἐφ' ᾗ λιθόλευστος γενόμενος αὐτὸς Στέφανος, εὐσεβῶς ἐκοιμήθη.

θ΄. περὶ διωγμοῦ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ταφῆς Στεφάνου· ἐν ᾧ περὶ Φιλίππου ἀποστόλου πολλοὺς ἰασαμένου ἐπὶ τῆς Σαμαρείας.

ι΄. περὶ Σίμωνος τοῦ μάγου πιστεύσαντος καὶ βαπτισθέντος σὺν ἑτέροις πλείοσιν. ἐν ᾧ περὶ τῆς τοῦ Πέτρου καὶ Ἰωάννου πρὸς αὐτοὺς ἀποστολῆς, καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας.

ια΄. ὅτι οὐκ ἀργυρίου, οὐδὲ ὑποκριταῖς, ἀλλ' ἁγίοις διὰ πίστεως ἡ μετοχὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐδίδοτο· ἐν ᾧ τὰ περὶ ὑποκρίσεως καὶ ἐπιπλήξεως Σίμωνος.

ιβ΄. ὅτι τοὺς ἀγαθοὺς καὶ πιστοὺς εὐοδοῖ ὁ θεὸς πρὸς σωτηρίαν, δῆλον ἐκ τῆς κατὰ τὸν εὐνοῦχον ὑποθέσεως.

ιγ΄. περὶ τῆς οὐρανόθεν θείας κλήσεως τοῦ Παύλου εἰς ἀποστολὴν Χριστοῦ, ἐν ᾧ περὶ ἰάσεως καὶ βαπτίσματος Παύλου διὰ Ἀνανίου κατ' ἀποκάλυψιν θεοῦ, παρρησίας τε αὐτοῦ καὶ συντυχίας τῆς διὰ Βαρνάβα πρὸς τοὺς ἀποστόλους.

ιδ΄. περὶ Αἰνέου παραλυτικοῦ ἰαθέντος ἐν Λύδδῃ διὰ Πέτρου· ἐν ᾧ τὰ περὶ Ταβιθὰ τῆς φιλοχήρου, ἣν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν ὁ Πέτρος διὰ προσευχῆς ἐν Ἰόππῃ.

ιε΄. περὶ Κορνηλίου ὅσα τε πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος εἶπεν ἐν ᾧ καὶ ὅσα Πέτρῳ οὐρανόθεν περὶ κλήσεως ἐθνῶν

gratiam. De incredulis Sacerdotum Principibus, præcipientibus non oportere in nomine Christi confidenter agere; & de renovatione Apostolorum. Gratiarum actio Ecclesiæ pro fideli Apostolorum perseverantia.

5. De unanimi, & communi consensu fidelium, ubi de Anania & Sapphira, ac de acerba eorum morte.

6. Quod Apostolos in carcerem conjectos Angelus Domini noctu eduxerit, præcipiens ut sine impedimento Jesum prædicarent. Hinc quod insequenti die Sacerdotum principes ipsos rursum comprehensos, ut non ultra docerent, flagellis cæsos dimiserint. Gamalielis sagax sententia circa Apostolos cum exemplis quibusdam & demonstrationibus.

7. & 8. De ordinatione septem Diaconorum. Judæorum commotio & sycophantia contra Stephanum. Concio ejusdem de testamento Dei cum Abrahamo & duodecim Patriarchis: ubi de fame, frumenti emtione, & de filiis Jacob se mutuo agnoscentibus, de ortu Mosis, & de apparitione Dei ad Moysem facta in Monte Sina; de exitu & vituli fabrica a filiis Israël usque ad tempora Salomonis & Templi constructionem; de confessione cœlestis gloriæ Jesu Christi, quæ revelata est ipsi Stephano, super qua lapidatus ipse Stephanus pie obdormivit.

9. De persequutione Ecclesiæ, & sepultura Stephani; ubi de Philippo Apostolo, qui multos a morbis curavit in Samaria.

10. De Simone mago, qui credidit & baptizatus fuit cum aliis multis; ubi de missione Petri & Joannis ad illos, & invocatio Sancti Spiritûs in baptizatos.

11. Quod non argenti pretio, neque hypocritis, sed Sanctis per fidem participatio Sancti Spiritûs detur: ubi de hypocrisi & de increpatione Simonis.

12. Quod probos & fideles Deus ad salutem deducat, ut exemplo eunuchi palam est.

13. De divina ex cœlo facta vocatione Pauli ad Apostolatum Christi; ubi de curatione & baptismate Pauli per Ananiam secundum revelationem Dei, de ejus item fiducia in loquendo, de consortio ejus cum Apostolis per Barnabam.

14. De Ænea paralytico, qui Lyddæ per Petrum sanatus est, ubi & de Tabitha viduarum amante, quam Petrus Joppe per orationem a mortuis suscitavit.

15. De Cornelio, & quæ ipsi Angelus dixerit: ubi etiam ea quæ Petro de cœlo circa

ἐρρήθη. ὅτι μεταςαλεὶς ὁ Πέτρος ἦλθε πρὸς Κορνήλιον. ἐπαναλήψεις παρὰ Κορνηλίου, ὧν εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῷ τῷ Κορνηλίῳ. Πέτρου κατήχησις εἰς Χριστὸν, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπὶ τοὺς ἀκούοντας δωρεὰ, καὶ ὅπως ἐβαπτίσθησαν τότε οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες.

vocationem gentium dicta sunt. Quod evocatus Petrus venerit ad Cornelium. Repetit Cornelius ea, quæ sibi Angelus dixerat. Petri Catechesis in Christum, & Sancti Spiritûs donum audientibus collatum, & quomodo tunc baptizati sint ii ex gentibus qui crediderant.

ιϛʹ. ὡς Πέτρος τὰ καθ' ἑξῆς καὶ τὰ ἕκαστα τῶν γεγονότων διηγεῖται τοῖς ἀποστόλοις διακριθεῖσι πρὸς αὐτόν· τότε τοίνυν καὶ τὸν Βαρνάβαν ἐκπέμψας (f. ἔπεμψαν) πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφούς.

16. Quomodo Petrus ordine singula quæ facta fuerant Apostolis secum disceptantibus enarrat. Tunc Barnabam miserunt ad fratres qui Antiochiæ erant.

ιζʹ. προφητεία Ἀγάβου περὶ λιμοῦ οἰκουμενικῆς (f. οἰκουμένης) καὶ καρποφορίας πρὸς τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀδελφούς.

17. Prophetia Agabi de fame in orbe futura; & de largitione facta fratribus qui erant in Jerusalem.

ιηʹ. Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου κατασφαγή· ἐν ᾧ καὶ Πέτρου σύλληψις πρὸς Ἡρώδου, ὅπως τε αὐτὸν ἄγγελος θείῳ κελεύσματι ἐξείλετο τῶν δεσμῶν, καὶ ὁ Πέτρος ἐμφανὴς γενόμενος νύκτωρ τοῖς ἀδελφοῖς ὑπανεχώρησεν· ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν φυλάκων κολάσεως, καὶ μετέπειτα περὶ τῆς τοῦ ἀσεβοῦς Ἡρώδου πικρᾶς τε καὶ ὀλεθρίου κατασφαγῆς.

18. Jacobi Apostoli cædes, & Petri ab Herode apprehensi historia; & quomodo ipsum Angelus divino jussu eruerit ex vinculis, ac Petrus, cum in conspectum fratrum venisset, recesserit; ubi etiam de pœna custodum, deinde de impii Herodis acerba & miserabili cæde [per Angelum.]

ιθʹ. ἀποστολὴ Βαρνάβα καὶ Παύλου πρὸς τοῦ θείου πνεύματος εἰς Κύπρον, ὅσα τε εἰργάσατο ἐν ὀνόματι Χριστοῦ εἰς Ἐλύμαν τὸν μάγον.

19. Missio Barnabæ & Pauli per divinum Spiritum in Cyprum, & quæ fecerit (Paulus) in nomine Christi erga Elymam magum.

κʹ. Παύλου εὐθαλὴς διδασκαλία εἰς Χριστὸν, ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ καθ' ἑξῆς τῶν προφητῶν, ἱστορικὴ καὶ εὐαγγελικὴ ἐν ᾧ ἐλεγκτικῇ καὶ συλλογιστικῇ διδασκαλίᾳ χρῆται περὶ μεταθέσεως τοῦ κηρύγματος εἰς τὰ ἔθνη. διωγμοῦ τε αὐτῶν, καὶ ἀφίξεως εἰς Ἰκόνιον.

20. Pauli excellens doctrina circa Christum ex lege ac deinde ex Prophetis, illaque historica & Evangelica, ubi consutatoriâ & syllogisticâ doctrinâ utitur circa translationem prædicationis ad gentes. De persequutione adversus illos excitata, & de fuga Iconium.

καʹ. ὅπως ἐν Ἰκονίῳ κηρύξαντες τὸν Χριστὸν, πολλῶν πιστευσάντων, ἐδιώχθησαν οἱ ἀπόστολοι.

21. Quomodo Apostoli Christum Iconii prædicantes, multis credentibus, persequutionem passi sint.

κβʹ. περὶ τοῦ ἐν Λύστροις ἐκ γενετῆς χωλοῦ ἰαθέντος διὰ τῶν ἀποστόλων· διόπερ εἶναί τε θεοὶ καὶ παρεῖναι ἔδοξαν τοῖς ἐγχωρίοις. ἔνθα δὴ καὶ μετέπειτα λιθάζεται ὁ Παῦλος παρὰ τῶν ἀσυγκρίτων.

22. De claudo ab ortu qui Lystris erat, quique ab Apostolis sanatus est: quapropter ab incolis deos esse & advenisse putatum est. Ubi etiam postea Paulus lapidatur a popularibus.

κγʹ. ὅτι οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας, δόγματι καὶ κρίσει τῶν ἀποστόλων· ἐν ᾧ ἐπιστολὴ αὐτῶν ἀποστόλων πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν. περὶ τῶν φυλακέων. (sic) ἀντίῤῥησις Παύλου πρὸς Βαρνάβαν διὰ Μάρκον.

23. Quod ex dogmate & judicio Apostolorum non oporteat fideles ex gentibus circumcidi; ubi Epistola Apostolorum ad fideles ex gentibus circa ea a quibus sese custodire debebant. Dissidium Pauli cum Barnaba propter Marcum.

κδʹ. περὶ κατηχήσεως Τιμοθέου, καὶ τῆς κατ' ἀποκάλυψιν ἀφίξεως Παύλου εἰς Μακεδονίαν· ἐν ᾧ περὶ πίστεως καὶ σωτηρίας γυναικός τινος Λυδίας, καὶ περὶ ἰάσεως τὸ πνεῦμα Πύθωνος ἐχούσης παιδίσκης, δι' ἣν τὸν Παῦλον καθεῖρξαν οἱ δεσπόται αὐτῆς τῆς παιδίσκης· καὶ περὶ τοῦ συμβάντος ἐκεῖσε σεισμοῦ καὶ θαύματος· καὶ ὅπως πιστεύσας ὁ εἱρκτοφύλαξ, ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἐβαπτίσθη παραχρῆμα, πανδύπιος (l. πανοικὶ) ὅτι παρακληθέντες ἐξῆλθον τότε ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου οἱ ἀπόστολοι.

24. De catechesi Timothei, & de profectu Pauli in Macedoniam per revelationem; ubi de fide & salute mulieris cujusdam Lydiæ, & de curatione puellæ, quæ spiritum Pythonis habebat, propter quam domini puellæ Paulum in carcerem conjecerunt; ac de terræ motu qui ibidem contigit, necnon de miraculo: & quomodo carceris custos cum credidisset, ea ipsa nocte statim baptizatus est cum tota domo sua, quod rogati Apostoli tunc egressi sint ex carcere.

κεʹ. περὶ στάσεως γενομένης ἐν Θεσσαλονίκῃ τοῦ κηρύγματος ἕνεκεν, φυγῆς τε Παύλου εἰς Βέροιαν κἀκεῖθεν εἰς Ἀθήνας.

25. De seditione Thessalonicæ facta propter prædicationem, & de fuga Pauli Berœam & inde Athenas.

κϛʹ. περὶ τῆς ἐν Ἀθήναις ἐπιγεγραμμένης γραφῆς, φιλοσόφου τε κηρύγματος καὶ εὐσεβείας τοῦ Παύλου.

26. De inscriptione Athenis super altari, de philosophica prædicatione & pietate Pauli.

κζʹ. περὶ Ἀκύλα καὶ Πρισκίλλης καὶ τῆς Κορινθίων ἀπειθείας, καὶ τῆς κατὰ πρόγνωσιν αὐτοῖς εὐδοκίας τοῦ θεοῦ ἀποκαλυφθείσης τῷ Παύλῳ· ἐν ᾧ περὶ Γρίσκου ἀρχισυναγωγοῦ πιστεύσαντος σὺν ἑτέροις τισὶ καὶ βαπτισθέντος. ὅτι στάσεως κινηθείσης ἐν Κορίνθῳ, ὁ Παῦλος ὑπανεχώρησεν· ἐλθών τε εἰς Ἔφεσον καὶ διαλεχθεὶς, ἐξῆλθεν. καὶ περὶ Ἀπολλὼ ἀνδρὸς λογίου καὶ πιστοῦ.

27. De Aquila & Priscilla, & de incredulitate Corinthiorum, etiamsi Paulo secundum præscientiam beneplacitum Dei erga illos revelatum esset; ubi de Prisco (Crispo) archisynagogo, qui cum aliis quibusdam credidit & baptizatus est. Quod seditione Corinthi mota Paulus recesserit; & quod, cum Ephesum venisset ibique verba fecisset, exierit. De Apollo viro eloquente ac fideli.

κηʹ. περὶ βαπτίσματος. καὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρεᾶς δοθείσης διὰ προσευχῆς Παύλου τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πιστεύουσι, καὶ περὶ ἰάσεως τοῦ λαοῦ. περὶ τῶν υἱῶν Σκευᾶ, καὶ ὅτι οὐ δεῖ προσχωρεῖν ἀπίστοις καὶ ἀναξίοις τῆς πίστεως γινομένοις, καὶ περὶ ἐξομολογήσεως τῶν πιστευόντων. περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ κινηθείσης στάσεως ὑπὸ Δημητρίου τοῦ ἀργυροκόπου κατὰ τῶν ἀποστόλων.

28. De baptismate & de Spiritûs Sancti dono concesso credentibus Ephesi per orationem Pauli, & de curatione populi. De filiis Scevæ, & quod non oporteat accedere ad infideles & fide indignos, ac de confessione credentium. De seditione Ephesi mota per Demetrium argentarium contra Apostolos.

κθʹ. περίοδος Παύλου, ἐν ᾗ τὰ περὶ τοῦ θανάτου καὶ ἀνακλήσεως Εὐτύχου διὰ προσευχῆς ἐν Τρωάδι, παραινέσεις τε αὐτοῦ Παύλου ποιμαντικαὶ πρὸς τοὺς ἐν Ἐφέσῳ πρεσβυτέρους· ἐν ᾧ παράπλους Παύλου ἀπὸ Ἐφέσου ἄχρι Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης.

29. Periodus Pauli, ubi de morte & resurrectione Eutychi in Troade per orationem Pauli; adhortationes pastorales ejusdem Pauli ad Presbyteros Ephesi. Navigatio Pauli Epheso Cæsaream Palæstinæ.

λʹ. Ἀγάβου προφητεία περὶ τῶν συμβησομένων τῷ Παύλῳ ἐν Ἱερουσαλήμ.

30. Agabi prophetia de iis quæ Paulo contingere futurum erat in Jerusalem.

λαʹ. παραίνεσις Ἰακώβου πρὸς Παῦλον περὶ τοῦ, μὴ δεῖν κωλύειν Ἑβραίους περιτέμνεσθαι.

31. Adhortatio Jacobi ad Paulum, ne Hebræos cohiberet a circumcisione.

λβʹ. περὶ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατὰ τοῦ Παύλου κινηθείσης ἀταξίας, ὅπως τε αὐτὸν ὁ χιλίαρχος τοῦ πλήθους ἐξαιρεῖται· ἐν ᾧ Παύλου κατάστασις περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῆς εἰς ἀπόστολον ἑαυτοῦ κλήσεως, περὶ ὧν ὁ Ἀνανίας πρὸς τὸν Παῦλον ἐν Δαμασκῷ, ὀπτασίας τε καὶ φωνῆς θεοῦ γινομένης ποτὲ πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ. ὅτι μέλλων ἐπὶ τούτοις ὁ Παῦλος τύπτεσθαι, εἰπὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν, ἀνείθη. (f. ἀνέθη.)

32. De tumultu orto in Jerusalem contra Paulum; & quomodo eum Centurio a multitudine eripuerit; ubi Pauli concio de seipso, & de vocatione sua in Apostolum, de adventu Ananiæ ad Paulum Damasci, de visione & voce Dei ad eum aliquando emissa in Templo. Quod cum his de causis Paulus mox verberandus esset, cum dixisset, *Romanus sum*, dimissus est.

λγʹ. ὅσα Παῦλος καταβὰς εἰς τὸ συνέδριον ἔπαθέν τε καὶ εἶπεν, καὶ εὐθυβόλως ἔπραξεν.

33. Quænam Paulus cum venisset in concilium passus sit, quæ dixerit, & quæ sagaciter fecerit.

λδʹ. περὶ ἐπιβουλῆς μελετωμένης Ἰουδαίοις κατὰ Παύλου, καὶ μηνύσεως αὐτῆς πρὸς Λυσίαν· ἐν ᾧ ὅτι παρεπέμφθη ὁ Παῦλος τῷ ἡγεμόνι εἰς Καισάρειαν μετὰ στρατιωτῶν καὶ γραμμάτων.

34. De insidiis per Judæos contra Paulum structis, & de monitione ejus ad Lysiam facta. Quod Paulus missus sit Cæsaream ad præsidem cum militibus & litteris.

λεʹ. Τερτύλλου περὶ Παύλου κατηγορίας καὶ αὐτοῦ ἀπολογίας ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος. (sic)

35. De Tertulli contra Paulum accusatione, & de apologia ejus coram præside.

λϛʹ. περὶ τῆς Φήλικος διαδοχῆς καὶ τῆς Φήστου προσαγωγῆς, τῆς τε ἐπ' αὐτῶν ἀνακρίσεως Παύλου καὶ ἀφέσεως.

36. Felici succedit Festus. Paulus causam suam agit apud ambos, & dimittitur.

λζʹ. Ἀγρίππου καὶ Βερνίκης παρουσία, καὶ πεῦσις τῆς κατὰ Παύλου· ἐν ᾧ ἀπολογία Παύλου ἐπὶ Ἀγρίππου καὶ Βερνίκης, περὶ τῆς ἐν νόμῳ θρησκείας αὐτοῦ καὶ κλήσεως εἰς τὸ εὐαγγέλιον, ὡς οὐδὲν ἀδικεῖ Ἰουδαίους ὁ Παῦλος, Ἀγρίππα φησὶ τῷ Φήστῳ.

37. Agrippæ & Bernices adventus, & interrogatio circa Pauli causam. Apologia Pauli coram Agrippa & Bernice, de suo secundum legem cultu, deque vocatione sua ad Evangelium. Agrippa ait Festo Paulum Judæos nihil lædere.

Commentariis præest μαρτύριον Παύλου ἀποστόλου, cujus initium, ἐπὶ Νέρωνος τοῦ Καίσαρος. Deinde ὑπόθεσις sive argumentum in Epistolam ad Romanos. Singulis vero Epistolis suæ hypotheses præmittuntur; imo binæ ad singulas, quarum secunda Theodoreti. Commentaria constant locis Scriptorum sequentium; (verum longe plura exstant sine scriptoris nomine loca, ut in præcedenti Catena.) Acacii, Basilii, Cyrilli, Dionysii Alexandrini, Eusebii, Gennadii, Gregorii Nysseni, Joannis Chrysostomi, Isidori, Methodii, Oecumenii sæpissime, Severiani, Theodoreti, Theodori.

In fine Commentariorum est Nota Calligraphi his verbis. κύριε βοήθει τῷ κτησαμένῳ τὴν βίβλον ταύτην, Νικηφόρῳ ἀσπαθαρίῳ (πρωτοσπαθαρίῳ) ἐπὶ τοῦ Ἰσμαήλ. ἐτελειώθη αὕτη ἡ βίβλος μηνὶ Ἰουνίῳ εἰς τὸ κα΄. ἡμέρα ς΄. διὰ χειρὸς Παγκρατίου ἁμαρτωλοῦ. i. *Domine auxiliare ei, qui hunc librum acquisivit, Nicephoro Protospathario super Ismaëlem. Absolutus est hic liber mense Junio 21. feriâ sextâ, manu Pancratii peccatoris.* Protospatharius super Ismaëlem; id est, contra Saracenos.

Deinde apponitur hoc distichum Calligraphis familiare.

*Ὥσπερ ξένοι χαίροντες ἰδεῖν πατρίδα,*
*Οὕτως καὶ οἱ γράφοντες ἰδεῖν βιβλίου τέλος.*
ἔτει ςφξδ΄. ἰνδ΄. θ΄.

*Sicut peregrini gaudent conspectâ Patriâ,*
*Sic scribæ conspecto libri fine.*
*Anno* 6564. *ind.* 9. hoc est, Christi 1056.

In sequenti pagina recentiore manu scribitur. ὅτι ἦν τὸ ςωμ΄ παρερχομένου ἔτους, ἦν ἡ παροῦσα βίβλος χρόνων σοη΄. i. *Cum esset annus 6842. erat hic liber annorum 278.*

In penultimo folio legitur, βιβλίον τῆς ἁγίας Λαύρας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου; & fol. sequenti, βιβλίον τῆς δευτέρας θέσεως. Erat igitur in Bibliotheca magnæ Lauræ S. Athanasii in monte Atho positione secunda, sive pluteo secundo. Eadem manu descripta videtur hæc nota quâ in Codice VIII. supra. Ibi vide.

Ad compingendum Codicem duo folia adjecta sunt longe vetustiora, noni sæculi, ex Operibus S. Joannis Chrysostomi. Primum fol. sic incipit: . . . τῆς ἀληθείας τὰ πάθη, ἀλλὰ μετὰ πάσης φιλοσοφίας καὶ σωφροσύνης, καὶ τὴν παροῦσαν ἡμέραν. Ultimo fol. legitur, λόγος Ἰωάννου ἀρχ. Κων. περὶ νηστείας. ἦχεν σήμερον Ἱερεμίας.

CODEX XXIX. olim LXXXV. membranaceus, XII. vel XIII. sæculi, vetustiorem antiquitus habuit Scripturam. Sed deinde penitus abstersæ fuerunt priores litteræ, ita ut scriptionis quidem nullum, sed abrasionis plurima vestigia compareant. Continet autem Joannis Chrysostomi Commentaria in Epistolas Pauli; nempe in Epistolam ad Romanos, quæ initio mutila est; ad Corinthios 1. & 2. ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses 1. & 2. ad Hebræos, ad Timotheum 1. & 2. ad Titum, ad Philemonem.

Initio Epistolæ primæ ad Corinthios, & Epistolæ ad Philemonem præfigitur ὑπόθεσις.

Fol. 174. verso in spatio vacuo infimæ paginæ habetur recentiori manu Epistola Abgari Edesseni ad Jesum σωτῆρα.

Fol. 197. verso leguntur minuto charactere hypotheses seu argumenta Psalmorum aliquot, diversa ab Athanasianis in Editione nostra.

In fine legitur hæc nota recentiore manu. ἡ παροῦσα δέλτος περιῆλθε τοῦ ἁμαρτωλοῦ Μελιασηνοῦ, ἐξωνηθεῖσα παρ᾽ ἐμοῦ τοῦ εἰς ἄσπρα κδ΄. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ διὰ τὸν κύριον. i. *Hic liber venit in manus peccatoris Meliaseni, emtus ab eo aspris viginti quatuor. Qui legeritis, orate pro eo per Dominum.*

Vocem ἄσπρα non sine scrupulo ponimus; nam ductu calami scribitur. Hujus significationem certo assequi non potuimus.

CODEX XXX. olim CCVI. membranaceus, XI. circiter sæculi. Commentaria variorum in Epistolas Pauli. Multis in locis quæ deficiebant, recentiore manu

ſupplentur. In aliquot foliis habentur in margine notulæ Latinæ annorum circiter quingentorum. Initio depingitur Paulus ſcribens in genu, pulpitum ante ſe habens & exiguam menſam cum inſtrumentis ad ſcriptionem, qualia ſupra repræſentavimus ad Codicem num. XX.

In ſuprema pagina duo Iambi leguntur his verbis:

Ζωγρεῖς, (ſic) θεόπτα, πᾶν ἔθνος σοῦ καλάμῳ
Πρὸς τὴν ἀκραιφνῆ πίστιν, ὥσπερ ἰχθύας.

Hoc eſt.

*Capis, ô Dei ſpeculator, gentem omnem calamo*
*Ad puram fidem, quaſi piſces.*

In imo picturæ legitur:

Εμπνους ὁ Παῦλος, ὡς δοκεῖ, τῷ ζωγράφῳ.
Η χεὶρ ἐνεργὸς ἐστὶ Παύλου· καὶ γράφει
Ζωγρῶν λόγοις ἄριστα τὴν οἰκουμένην.

Hoc eſt:

*Spirans Paulus, ut videtur, pictore.* (*i.* pictoris operâ.)
*Manus efficax eſt Pauli; atque ſcribit*
*Capiens ſermonibus orbem egregie.*

Poſt picturam Prologus venit hoc initio: Παῦλος ὁ ἀπόστολος, Εβραῖος μὲν ἦν τὸ γένος, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν. Poſtea ſequitur hic titulus, ἀποδημίαι Παύλου τοῦ ἀποστόλου, quarum initium, ἀπὸ Δαμασκοῦ ἤρξατο, καὶ ἀνῆλθεν εἰς Ιερουσαλήμ. Deinde μαρτύριον Παύλου τοῦ ἀποστόλου, cujus initium: ἐπὶ Νέρωνος τοῦ Καίσαρος Ρωμαίων. Sub hæc ὑπόθεσις ſive argumentum in Epiſt. ad Romanos, & Index Capitum; & ſic ante ſingulas Epiſtolas argumentum apponitur. Auctorum nomina aliquando expoſitionibus præfiguntur, ſæpius omittuntur. Sunt autem iſthæc; Athanaſius, Cyrillus, Gennadius, Joannes Chryſoſtomus, Iſidorus, Oecumenius, Severianus, Theodoretus, Theodorus.

Ante Epiſtolam 1. ad Timotheum poſt ὑπόθεσιν ad eamdem Epiſt. habetur imago depicta Timothei non imperita manu cum inſcriptione, ὁ ἅγιος Τιμόθεος ὁ ἀπόστολος. A lateribus ſcribuntur hi duo Iambi:

Παύλου συνεργὸς καὶ θεηγόρος μέγας,
Μάρτυς τε Τιμόθεος καὶ μυστιπόλος.

Hoc eſt:

*Pauli adjutor & Dei prædicator magnus,*
*Martyrque Timotheus, & myſticus.*

Similiterque ante Epiſtolam ad Philemonem repræſentatur ſat eleganti pictura Philemon hoc titulo, ὁ ἅγιος Φιλήμων. In margine autem utroque perpendiculari literarum ſitu ponuntur hi duo Iambi.

Φίλος μαθητῶν καὶ ξενιστής, Φιλήμων,
Δεχθεὶς, συνήφθης τοῖς μαθηταῖς τοῦ λόγου.

Hoc eſt:

*Amicus Diſcipulorum & hoſpes, Philemon,*
*Comprobatus, Verbi Diſcipulis conjunctus es.*

CODEX XXXI olim CCCXXII. membranaceus, X. vel XI. circiter ſæculi. Conſtat foliis 286. Eſt Evangeliſtarium elegantiſſimum. Initio præmittuntur quatuor folia undecimi ſæculi, ubi Andreæ Cretenſis, εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς πανάγιας θεοτόκου. Sermo primus initio mutilus eſt, ſecundus fine caret.

Evangeliſtarium hunc habet titulum aureo charactere. Εὐλογηθεῖν (ſic) τὴν θεῖαν εὐαγγέλιον τοῦ ἐνιαυτοῦ Κυριακῶν καὶ ἑορτῶν. Fol. 5. verſo habetur imago Joannis Evangeliſtæ ſcribentis in pictura floribus variis ornatiſſima, aureo fundo. Character eſt uncialis. Nam, ut in Palæographia Græca notavimus, unciales litteræ quæ pro Libris uſu tritis & ordinariis uſque ad finem noni ſæculi adhibitæ ſunt, in libris Eccleſiæ & Chori

Chori usui destinatis etiam decimo, undecimo & fortasse posterioribus sæculis usurpabantur. Characteres aurei sunt usque ad folium septimum verso; exinde vero cinnabari sive colore rubro exarati, eo nempe animo ut postea deaurarentur. Nam Chrysographi Græci prius cinnabari litteras scribebant, ut postea deaurarent. Hi vero characteres rubri sine auro remanserunt usque ad folium 22. deinde atramento scribitur. Initia & notæ omnes ad cantum & inflexionem vocum spectantes auro illitæ sunt usque ad folium 7. ubi notæ hujusmodi cinnabari delineantur, initia autem semper auro.

Fol. 70. est imago Matthæi scribentis, eodem cultu quo supra Joannis; Fol. 106. imago Lucæ, & fol 136. Marci: eodem ritu omnes.

Ultimum folium ex alio Evangelistario excerptum ejusdem circiter ætatis, extra seriem est. Nam liber est omnibus partibus suis absolutus.

## CAPUT II.

### *Synodi, Libri Canonum & Rituum.*

CODEX XXXII. olim CCCLIX. membranaceus, XIII. circiter sæculo scriptus, constans foliis 545. quibus alia bombycina sine scriptura initio & fine addita sunt. Continet Acta Concilii Ephesini cum aliis instrumentis plurimis ad ipsum pertinentibus, & jam editis in postrema Conciliorum collectione, ad quam recensendam hoc Codice tunc Segueriano usum esse se Labbeus declarat.

Initio præmittitur Index recens scriptus, sed pernecessarius: nam in ipso libro omnia susque deque posita sunt absque ullo rerum gestarum ordine.

In fine fol. scilicet 57. Epistola Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani ad Leonem Papam Romanum. Non semel edita fuit; postremo autem in collectione Conciliorum ex hoc Codice emendata & illustrata, ut monet Labbeus. Tom. 7. pag. 1205.

CODEX XXXIII. olim CVI. bombycinus, recentissime scriptus, foliis constans 245. Historia Concilii Florentini, auctore Sylvestro Sguropulo vel Syropulo. Codex CIV. scriptus est manu ejusdem Sylvestri qui in fine subscripsit, ac Συρόπουλου cognomen sic exprimit. In fronte libri legitur. *Desideratur liber primus, & pauca desunt ex secundo; initio vero libri hujus lacunæ multæ sunt, quæ etiam reperiuntur in Exemplari, a quo exscriptus est.*

CODEX XXXIV. olim XLIII. membranaceus, XII. circiter sæculo scriptus, constans foliis 212. Collectiones Canonum & alia quædam eo ordine qui sequitur.

Fol. 1. recensio Patrum quorum Canones in hoc Codice exhibentur.

Fol. 2. monitum de non servato in Synodorum Canonibus temporum ordine, ob quarumdam Synodorum præ cæteris dignitatem. Sequitur Prologus, cujus initium: οἱ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ &c. Desinit vero in Catalogum decem Synodorum, ex quorum Canonibus hæc collectio partim constat, annotatis anno & Canonum numero.

Fol. 3. verso, Prologus alter: τὰ μὲν σώματα καταλλήλως τὴν ὕλην μεταλαμβάνοντα τροφῆς &c. Recentiori manu: Basilio Magno perperam adscribitur.

Fol. 4. verso, Prologus tertius Photii Patriarchæ: ὁ μὲν πρῶτος λόγος ἀφ' οὗ χριστιανῶν δόγμα τοῖς τῶν ἀποστόλων φθόγγοις εἰς τὴν οἰκουμένην διήπλωται &c.

Fol. 5. Pauli Apostoli Ecclesiastici Canones 16.

Fol. 6. Petri & Pauli Canones 18.

Fol. 7. Syntagma Canonum divisum in quatuordecim titulos, quibus plurima Capita subjiciuntur, ad quorum unumquodque Canones omnes eodem spectantes indicantur.

Τίτλος πρῶτος.

περὶ θεολογίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ χηνάων, καὶ χριστιανῶν.
περὶ θεολογίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως.

Συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντ. κεφ. μθ'. ι'. &c. Huc maxime pertinent duo priores Prologi, in quibus hujus syntagmatis ratio exponitur.

Fol. 19. verso, Styliani de Trinitate. Titulus: περὶ τῆς ἁγίας τριάδος, τοῦ Κυροῦ Στυλιανοῦ. Init. Εἰ καὶ λόγου τυχεῖν καταλλήλου τοῖς περὶ θεὸν νοουμένοις ἀδύνατον &c. Opus ἀνέκδοτον mox edendum.

Fol. 20. vero, Μιχαὴλ Συγκέλλου Ἱεροσολύμων λίβελλος περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. i. *Michaëlis Synceli Hierosolymitani libellus de orthodoxa fide.* Init. πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν ἀγέννητον &c. Nondum lucem vidit, & mox edendus est.

Fol. 22. Libellus Theodori Episcopi Scythopoleos religiosissimo Domino Justiniano, & beatissimis Patriarchis Eutychio, Apolinario, Domnino Eustochioque. Initium: ἐπειδὴ περ ἔγνω, ὡς αὐθέντης, τινὰ τῶν εἰρημένων παρ᾽ αὐτῷ καὶ αὐτοῦ Ὠριγένους ἐφεσίου περὶ προϋπάρξεως καὶ ἀποκαταστάσεως· νυνὶ δὲ &c. ἀνέκδοτον similiter, & ideo edendum.

Fol. 23. verso, iterum fusius de septem prioribus Synodis œcumenicis, quo tempore & quam ob causam fuerint celebratæ, qui ipsis insignes interfuerint, qui in ipsis damnati hæretici, eorum dogmata, ipsisque opposita a Synodis doctrina orthodoxa.

Fol. 26. verso, ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. i. *Definitio Synodi Chalcedonensis.* Init. ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος.... ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ ὁ Χριστὸς τῆς πίστεως τὴν γνῶσιν &c. ut in Edit. Conc.

Fol. 29. Definitio Synodi C. P. [secundæ] contra impium Severum aliosque similia sentientes hæreticos. Titulus: ὅρος τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς κατὰ τὴν βασιλίδα συνελθούσης πόλιν, κατὰ δυσσεβοῦς Σεβήρου καὶ τῶν τὰ ὅμοια αὐτῷ φρονησάντων αἱρετικῶν. Initium: Εἰ καὶ τι νεώτερον ἦν &c. ut in Edit. Conc.

Fol. 29. verso, sententia sanctissimi Patriarchæ Menæ contra eosdem. Tit. ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πατριάρχης εἶπεν. Init. Ἰωάννου τοῦ θεσπεσίου ἀποστόλου &c. ibidem.

Fol. 30. verso, Definitio Synodi Constantinopolitanæ quæ sexta numero est. Tit. ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἕκτης συνόδου. Init. ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος &c. ὁ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς μονογενὴς υἱὸς &c. Similiter edita Tomo 6. Conciliorum pag. 1019.

Fol. 33. Definitio Synodi Nicænæ II. ut Tomo 7. Conciliorum pag. 552. Tit. ὅρος τῆς ἁγίας μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τῆς δευτέρου. Init. ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος.... ὁ τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως ἡμῖν χαρισάμενος &c.

Fol. 35. verso, Epistola Synodi Nicænæ ad Alexandrinam Ecclesiam. Tit. ἐπιστολὴ τῆς ἁγίας μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρὸς τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν.

Ἐποφειλομένη πρὸς θεὸν ἐτήσιος εὐχαριστία, καθ᾽ ἣν ἡμέραν ἀπελάβομεν τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν σὺν ἀποδείξει τῶν εὐσεβείας δογμάτων, καὶ καταστροφῇ τῶν τῆς κακίας δυσσεβημάτων. Id est, *Epistola sanctæ, magnæ & œcumenicæ Synodi Nicænæ ad Alexandrinorum sanctissimam Ecclesiam.*

*Debita apud Deum anniversaria gratiarum actio, illo die quo recepimus Ecclesiam Dei, assertis pietatis dogmatibus, & eversis impietatibus malitiæ.* Deinde Epistola sic incipit: προφητικοῖς ἑπόμενοι ἀποστολικοῖς στραφείσαιν εἴκοντες καὶ εὐαγγελικοῖς ἰσοδίαις στοιχοῦμενοι, τῶν ἐγκαινίων τὴν ἡμέραν ἑορτάζομεν &c. Hæc Epistola inter Nicænæ Synodi Acta non reperitur, & infra editur.

Fol. 37. Epistolæ præcedenti multa consequenter & sine ulla distinctione subjunguntur, quæ tamen ab illa aliena esse manifestum est: sunt enim plerumque anathemata in Iconomachos, ex Actione 8. Nicænæ Synodi magna ex parte sumta; aut vota pro Patriarchis, Imperatoribus & Abbatibus sacrarum Imaginum vindicibus. Inter orthodoxos autem ac sanctissimos Episcopos nominantur Tarasius, Ignatius, Photius, Nicephorus, Stephanus, Antonius, Methodius, Nicolaus, Eu-

thymius, Theophylactus, Polyeuctus qui fere 80. annis post Synodum Nicænam pontificatum iniit, Sisinnius 997. Imperatores recensentur a Michaële & Theodora matre ejus usque ad Joannem Tzimiscen.

In Synodo C. P. de qua in Cod. XXXVI. lectum est κεφάλαιον ἐκ τοῦ συνοδικοῦ τοῦ δευτέρου τῆς αἱματώσεως καὶ διγαμίας, quod Caput in eadem Epistola etiamnum legitur.

Fol. 39. ἔκθεσις ἤτοι ἀνάμνησις τῆς γενομένης τῆς ἐκκλησίας ἑνώσεως ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τοῦ μὲν βασιλεύοντος, τοῦ δὲ ὃ τετιμηκότα τοῦ τοῦ βασιλεοπάτορος ἀξιώματι διαπρέποντος. i. *Expositio seu memoria restitutæ Ecclesiæ unionis sive pacis sub Constantino & Romano, illo quidem imperante, hoc vero Imperatoris patris dignitate insignito.* Hujus initium illud est: ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς &c. In collectione Niconis infra Cod. XXXVII. exhibetur amplissimum ejusdem fragmentum, Synodusque nuncupatur. Hujus annus notatur nempe mundi 6428. Indict. 8. is est annus Christi 920. Ad ejus calcem plurima adduntur, ut in superiori Epistola.

Fol. 41. Epistola Synodica S. Leonis Romæ Archiepiscopi ad Flavium Archiepiscopum Constantinopolitanum.

Fol. 45. verso, Canones Apostolorum quos sequuntur alii Canones Conciliorum & Patrum. Etsi alio ordine, iidem tamen sunt ac qui in collectione Beveregiana, exceptis scholiis, Synodo quoque Carthaginensi I. carminibusque Gregorii Theologi & Amphilochii, quæ in hoc Codice desiderantur. Sed quædam iis superaddita occurrunt; nempe ante Canones Concilii C. P. primi sermo prosphoneticus Synodi ad Theodosium Imperatorem; ante Synodi Ephesinæ Canones, Epistola Sanctæ Synodi ad Episcopos, Presbyteros, Diaconos cunctumque populum omnium Provinciarum; postea vero, exemplar Epistolæ I. a B. Cyrillo ad Nestorium scriptæ mense Mechir, indictione 13. item, ejusdem Cyrilli Epistola ad Joannem Antiochenum post reconciliationem, quæ omnia in Editis Conciliorum habentur.

Fol. 175. verso, ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως Μαρτυρίῳ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας περὶ τοῦ, ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς προσερχομένους τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. i. *Epistola Constantinopoli scripta ad Martyrium Episcopum Antiochenum, quomodo hæreticos ad Ecclesiam venientes recipere oporteat.* Hujus initium: πολλὰ διελέχθη μοι ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος Ἀντώνιος περὶ τῶν προσιόντων τῇ ὀρθοδοξίᾳ.

Fol. 177. B. Sisinnii Archiepiscopi Constantinopoleos Tomus Synodicus. οὗτος ὁ τόμος ὁ γεγονὼς κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα, τῆς δεκάτης ἰνδικτιῶνος, ἐν ἔτει τοῦ ςφέ. &c. Id est, *Tomus ille editus mense Februario, indictione decima, anno 6505.* (Christi 997.) Ejus tantum decreti, quod ad matrimonium spectat; Epitome ibi profertur.

Fol. 177. διὰ τοὺς φύσιν ἀσελγαίνοντας, καὶ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τριχὸς τε καὶ κεφαλῆς καὶ τῶν τοιούτων· κελεύει ταῖς ἐσχάταις ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις. Id est, *contra eos qui lasciviunt, & eos qui jurant per capillos, vel per caput, aut alia similia, quos jubet extremis subjici suppliciis.* Initium, πᾶσιν αἰσθητοῖς τοῖς εὖ φρονοῦσιν &c. Est Novel. Justiniani, Constit. 77.

Eodem fol. verso, & seqq. diversæ constitutiones ex iis selectæ, quas post sacrarum Novellarum Codicem Divus Justinianus edidit &c. Inter illas nonnullæ Novellæ reperiuntur. Titulus: ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ διάφοροι διατάξεις, συνάδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι, καὶ ἐκ περιουσίας τὴν οἰκείαν ἰσχὺν νέμουσαι· ἃς τάξιν τινὰ καὶ ἀριθμὸν ἐπιθεῖναι πρὸς σύντομον εὕρεσιν τῶν ἐπιζητουμένων κεφαλαίων, διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, ἐκ διαφόρων διατάξεων εἶναι τὰ συντεθέντα, ὡς ὑποτέτακται.

Τῆς ἐγκειμένης μετὰ τοὺς κανόνας τῶν συνειδῶν διατάξεως τὰ κεφάλαια. Sequuntur Index & Summaria Capitum 87. quibus constat hæc διατάξεων collectio, cujus septem priora Capita abscissis uno aut pluribus foliis desiderantur.

Fol. 190. verso, S. Epiphanii Episcopi Constantiæ in Cypro de hæresibus, id est, pars ipsius Epistolæ ad Acacium & Paulum ab his verbis: πασῶν αἱρέσεων μητέρες καὶ πρωτότυποι τέσσαρες &c. usque ad finem. Deinde Summaria initio Tomorum Pa-

narii præfixa usque ad hæresim Theodotianorum quæ est 8. libri 2. Tom. 1. Ceteræ abscissis aliquot foliis desunt.

Fol. 195. de hæresi Massalianorum sine initio. Incipit ab his verbis, ἐν φωτὶ, καὶ κατά τινα κινεῖν &c. cap. 18. eorum doctrinæ. Eodem fol. verso, iterum de Massalianis ex Theodoreti Histor. Eccl. lib. 4. cap. 10. Est autem liber de hæresibus a doctissimo viro Michaële Lequien assertus Sancti Joanni Damasceno, qui prædicta ex Epiphanio & Theodoreto in suum librum ad verbum transtulit. Cum edito pergit Codex noster usque ad hæresim Mahumedanorum inclusive: post quam fol. 200. col. 1. sequitur, ἔτι περὶ τῆς εἰρημένης θρησκείας τῶν Ισμαηλιτῶν διήγησις πλατυτέρα. i. *iterum de Ismaëlitarum cultu fusior narratio.* Initium. οὗτοι μὲν οὖν ἕως τῶν Ηρακλείου χρόνων προφανῶς εἰδωλολάτρουν· ἀπὸ δὲ Ηρακλείου καὶ δεῦρο ψευδοπροφήτης αὐτοῖς ἀνεφάνη ὀνόματι Μαμὲδ ἐπονομαζόμενος, ὃς περιτυχὼν Εβραίοις καὶ χριστιανοῖς, δῆθεν Αρειανοῖς καὶ Νεστοριανοῖς· καὶ πανταχόθεν ἐρανιζόμενος, ἐξ Ιουδαίων μὲν τὴν μοναρχίαν, ἐξ Αρειανῶν δὲ λόγον καὶ πνεῦμα. i. *Hi igitur usque ad Heraclii tempora palam idololatræ erant: ab Heraclio autem Pseudopropheta apud ipsos prodiit nomine Mamed, qui fertur consortium habuisse cum Hebræis & cum Christianis, nempe Arianis & Nestorianis; & undequaque mutuatus esse, ex Judæis quidem Monarchiam sive unitatem principii, ex Arianis autem Verbum & Spiritum* &c. Deinde sequitur hæresis αὐτοπροσωπιτῶν, de quibus in edito ante Mahumedanos agitur; postea hæresis χριστιανοκατηγόρων, ut in Edito. Et sic terminatur liber ille primus de hæresibus.

Fol. 201. hunc alter excipit hoc titulo: ἔτι περὶ αἱρέσεων καὶ αἱρεσιαρχῶν ἐκ τῆς συνοδικῆς Σωφρονίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ιεροσολύμων, καὶ προσθήκη ἀπ' ἐκείνου καὶ δεῦρο. Initium: ἀνάθεμα τοίνυν καὶ κατάθεμα εἰς ἀεὶ &c.

Fol. 202. verso, Timothei Presbyteri C. P. ad Joannem Presbyterum custodem vasorum sanctæ Deiparæ ἐν χαλκοπρατείοις, de differentia eorum qui ad sanctissimam fidem veniunt. Τιμοθέου πρεσβυτέρου τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Ιωάννην πρεσβύτερον καὶ σκευοφύλακα τῆς ἁγίας θεοτόκου ἐν χαλκοπρατείοις περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν προσερχομένων τῇ εὐαγεστάτῃ ἡμῶν πίστει. Initium: τρεῖς τάξεις εὑρίσκομεν τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ &c. Foliis extra seriem suam male compactis, ita ut omnia prius essent admodum perplexa, suum ordinem restituimus, illum in imis paginis annotando; quod in aliis quoque libris præstitimus.

Fol. 207. Anonymi cujusdam liber περὶ τῶν σχισμάτων τῶν καλουμένων διακρινομένων. (Ita vocati sunt ii omnes hæretici qui Concilio Chalcedonensi adversabantur.) Initium: ἤτησας ἡμᾶς, ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, γραφῆναί σοι διὰ βραχέων τὰ σχίσματα τῶν ἑαυτοὺς διακρινομένων καλούντων &c.

Fol. 211. περὶ τοῦ γινώσκειν εἰς πόσα τμήματα γέγονεν ἡ τῶν Ακεφάλων ἤτοι Θεοπασχιτῶν αἵρεσις, σύντομος ἔκθεσις, καὶ περὶ Θεοδοσιανῶν. πρῶτον κεφάλαιον. περὶ τῶν Θεοδοσιανῶν εἴρηται, ὧν ἦρξε Δαμιανὸς ὁ αἱρετικὸς &c. In fine sic habetur. οὕτως ἔχει ἐν τῷ πατριαρχείῳ ἀποκειμένη βίβλος. Fol. 206. col. 1. Deinde sequitur Anonymi, περὶ Μαρκιωνιστῶν. Initium. Μαρκιωνισταὶ καὶ Μασσαλιανοὶ, καὶ Ευτυχῖται (Ευχῖται) καὶ Ενθουσιασταὶ &c.

---

## *EX CODICE XXXIV. fol. 19. verso.*

Περὶ τῆς ἁγίας τριάδος τοῦ κυροῦ Στυλιανοῦ.

EI καὶ λόγου τυχεῖν καταλλήλου τοῖς περὶ θεοῦ νοουμένοις ἀδύνατον, ἔννοια δὲ κατ' ἀξίαν ἐφικέσθαι τῶν πραγμάτων ἀδυνατώτερον· ὅμως ὡς ἐφικτὸν ἐγχειρητέον τοῖς ὑπὲρ δύναμιν· ἐπείπερ καὶ θεῷ καὶ πᾶσι φίλον, τὸ κατὰ δύναμιν. τῶν περὶ θεοῦ καὶ τῶν θείων οὐδὲν οὔτε ἐπείσακτον, οὔτε χρόνῳ τεμνόμενον, οὔτε ὅλως παραλλαγὴν ἢ ἀλλοίωσιν ἐφι-

*Domini Styliani de sancta Trinitate.*

ETiamsi iis quæ de Deo cogitantur, idoneus sermo reperiri nequeat, multoque minus possit de illo pro rei dignitate cogitari; attamen vel ea quæ facultatem nostram exsuperant pro viribus aggredi par est: quandoquidem si ea quæ possumus præstemus, id & Deo & omnibus gratum acceptumque est. Quæ ad Deum & ad res divinas spectant, nihil aut inductum,

σάμενον· ταῦτα γὰρ τῆς γεννητῆς (l. γενητῆς) ἰδιώματα φύσεως, ἧς καὶ τὸ εἶναι πρόσφατον, καὶ τὰ περὶ τὸ εἶναι τῷ χρόνῳ περιγραφόμενα. Θεοῦ δὲ καὶ θείων ἰδιωμάτων ἀπόξενα ταῦτα, καὶ ὡς ἐπίπαν ἀλλότρια. οὔκουν οὐδὲ τὸ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, τὰ ἰδιώματα τῶν τριαρίθμων προσώπων γνωρίσματα, χρονικοῖς τισιν ὅροις καὶ περιγραφαῖς ὑποβάλλεται· ἀλλ' ἀϊδίως τοῖς οὖσιν ἡ τῶν ἰδιοτήτων συμπαρατείνεται φυσικὴ οὐσιώδης ἐνέργεια, οὐ δεομένη λήξεως εἰς ἀπαρτισμὸν τοῦ γεννήματος καὶ προβλήματος. οἷς μὲν γὰρ οὐκ ἄναρχος ὁ τοῦ εἶναι τρόπος, τούτοις ὡς εἰκὸς οὐδὲ τέλους ἀμέτοχος· ἀλλ' ὡς ἀρχῆς ἐδεήθη, οὕτω καὶ πέρατος εἰς ἀπαρτισμὸν τοῦ ὑπάρξαντος. ὧν δὲ ἀρχῆς χρονικῆς ὁ τῆς ὑπάρξεως τρόπος ὑπερεκτείνεται, τούτοις οὗτος καὶ τελευτῆς ὑπεραίρεται· οὐ προσδεόμενος τέλους εἰς ἀπαρτισμὸν τῆς ὀντότητος, τῷ δὲ ἀνάρχῳ μᾶλλον καὶ ἀτελευτήτῳ τοῖς ὄντως οὖσι τὸ ... (deficit) διασώζων. διὰ τοῦτο καὶ τριὰς ἡ τριάς, καὶ μοναρχικὴ καὶ ἀδιαίρετος· ὅτι ἀϊδίως ἐκ τοῦ ἑνὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ γεννᾶται καὶ ἐκπορεύεται ἀδιαιρέτως ἀιεκφοιτήτως, ὁ (deficit) ὅλου τοῦ προβολέως τε καὶ γεννήτορος ταῖς ἰδιότησι μόναις διαστελλόμενα. διὰ τοῦτο καὶ τοῖς τρισὶ θέλημα ἓν οὐ κατὰ θέσιν, ὡς ἐπὶ τῶν θέσει θεῶν· ἀλλὰ κατὰ φύσιν, ὅπερ ἀμήχανον ἐπὶ τῆς γενητῆς ἐστι φύσεως. τριῶν προσώπων θέλημα ἕν, μὴ μελέτῃ συννεῦον ἐπὶ τὸ ἕν, ἀλλὰ φυσικῶς ὁμογνωμονοῦν· ὡς ὀφθαλμῶν τι νεῦμα ἑκούσιον, μιᾶς λαχόντων καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως, ἢ χειρῶν ὅρμημα συγκινουμένων ἀλλήλαις καὶ συνεργουσῶν πρὸς φυσικήν τινα τὴν προαίρεσιν. τοιοῦτος ὡς ἐν εἰκόνι διαλαβεῖν ἀμυδρᾷ, ὁ τοῦ ἔχεσθαι τρόπος τῶν θεϊκῶν ὑποστάσεων. ἐπεὶ τί καινὸν καὶ παράδοξον, εἰ ὡς αἱ καθ' ἡμᾶς ὑποστάσεις τὴν ἕνωσιν καὶ τὸν χωρισμὸν ἐπιδέχονται; Εἰ γὰρ τῇ φύσει μόνῃ δῶμεν τὸ ἕν, τὰ δὲ τρία ταῖς ὑποστάσεσι· θέλημα δὲ ἕν, οὐ κατὰ τὴν τοῦ εἰκονίσματος ὑποτύπωσιν λάβοιμεν, ἀλλ' ὡς τριῶν ἀπ' ἀλλήλων κεχωρισμένων προσώπων· ταὐτόν τι τοῦτό ἐστιν οἷον ἀνθρώπων τριῶν συμπνευσάντων ἀλλήλοις καὶ ὁμογνωμονησάντων ὑπὸ συνθήματος, ἐφ' ὧν καὶ τὸ ἕν, καὶ τρία, καὶ ἡ τοῦ θελήματος μία κατ' ἐπιτήδευσιν ὁρᾶσθαι σύμπνοια. ἀλλὰ μὴ οὕτω τις ἐπὶ τῆς ἀγεννήτου διανοηθείη τριάδος, ἥτις διαιρεῖται μὲν ἀδιαιρέτως δὲ κατὰ τὴν θεόλογον φωνήν, οὐκ ἀδιαιρέτου μὴ τῇ φύσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν ἄνευ συναλιφῆς (sic) ἐφαρμοττούσης· ὡς ὅγε μὴ οὕτω φρονῶν πῶς τὸν ἄθεον ἀρειανισμὸν διαφεύξεται; Εἰπάτω γὰρ ὁ τῇ φύσει μόνῃ τὸ ἀδιαίρετον νέμων, ταῖς δὲ ὑποστάσεσιν ἀλλήλων ἀποκρίνων καὶ διαιρῶν· πότερον ἐξ ἑνὸς τὰ δύο συνομολογεῖ καὶ συντίθεται, ἢ παντάπασιν ἀλλήλων ἀποδιακρίνει τὰ πρόσωπα. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι λέγει τὰ ἐξ αὐτοῦ, τρεῖς εἰσάγει ἀρχὰς καὶ

inductum, aut tempore divisum, aut mutationi vel varietati obnoxium admittunt: illa enim sunt conditæ naturæ proprietates, cujus & existentia recens, & ea quæ ad existentiam pertinent, tempore circumscripta sunt. A Deo autem & a divinis proprietatibus hæc peregrina sunt, & prorsus aliena. Enimvero neque gignere, neque gigni, neque procedere, quæ sunt propriæ trium numero personarum proprietates, temporaneis quibusdam terminis & circumscriptionibus subjiciuntur: sed existentibus ipsis proprietatum naturalis essentialisque vis duratione sempiterne coæquatur, nec eget terminatione ad perfectionem generati & producti. Nam iis quidem quorum existentiæ modus non caret initio, fine quoque non carere consentaneum est; sed ut initio opus habuit, ita & fine opus habet ad perfectionem existentis. Quibus autem existentiæ modus ultra initium temporaneum extenditur, iis etiam idem modus finem & terminum excedit; nec eget fine ad perfectionem essentiæ, imo potius per principii carentiam & immortalitatem vere existentibus [existentiam] conservat. Ideo Trinitas est Trinitas, & unius principii & indivisibilis; quia ab æterno, quia ex uno generantur vel procedunt sine divisione vel separatione, ab emittente vel generante solis proprietatibus distinctæ. Ideo tribus est una voluntas non secundum adoptionem, quemadmodum in iis qui per adoptionem dii sunt; sed secundum naturam, quod in natura condita locum habere nequit. Trium personarum voluntas una, non quæ meditatione ad unum inclinetur, sed quæ naturaliter uno consensu feratur; veluti spontanea inclinatio oculorum qui unam eamdemque naturam sortiti sunt, vel motus manuum quæ simul moventur, & simul operantur ad naturale quoddam voluntatis propositum. Hujusmodi est, quantum in obscura imagine percipi potest, modus quo se habent divinæ hypostases. Siquidem quid novi & admirandi esset, si perinde atque hypostases nostræ unionem & separationem admitterent? Nam si soli naturæ illud *unum* daremus, *tria* vero illa hypostasibus; voluntatem vero unam, non secundum illius imaginis exemplar acciperemus, sed quasi tribus personis ab invicem separatis: idipsum esset ac si tres homines mutuo unà conspirarent & in unam sententiam convenirent, in quibus & unum & tria & una studio parta voluntatis consensio conspiceretur. Verum ne quis ita cogitaverit de non facta Trinitate, quæ dividitur quidem (*i.* distinguitur) sed indivisibiliter secundum theologicum loquendi modum, indivisibilitate non naturæ tantum, sed etiam hypostasibus citra coalitionem conveniente; ita ut qui non hoc modo sentit, quomodo impium Arianismum effugere poterit? Dicat enim qui

τῆς μοναρχίας ἠρνήσατο. καὶ τί τῆς ἑλληνικῆς δυσσεβείας διοίσει; πολυθεΐα γὰρ ἡ καθ' ὁποσονοῦν τῆς μοναρχίας παρέκβασις. εἰ δὲ καὶ αἴτιον τῶν ἐξ αὐτοῦ τὸν πατέρα συνομολογῶν, ἀποδιΐστᾳ τοῦ ἀπ' ἀρχῆς τὰ ἐκεῖθεν ὁρμώμενα· δώσει πάντως ποτὲ τῷ αἰτίῳ συνεῖναι τὰ ἐξ αὐτοῦ, εἰ καὶ μὴ νῦν τοῦτο δίδωσι. τὸ γὰρ ἔκ τινος καὶ νῦν κεχωρισμένον αὐτοῦ, ἦν ὅτε συνῆν, καὶ οὐκ ἀπεκρίνατο τοῦ ἐξ οὗ, εἴπου ἄρα καὶ ἐξ αὐτοῦ εἶναι λέγοιτο. εἰ δὲ συνῆν, τὸ δὲ νῦν οὐχὶ σύνεστι, τὰς χρονικὰς περιγραφὰς τὸ διαιρεθὲν οὐκ ἐκπέφευγε, καὶ ὑπὸ χρόνον ὤφθη τὰ ὑπέρχρονα, κατά τινα χρόνον ἀποκριθέντα τοῦ φύσαντος. ὁρᾷς ὡς δι' ἀμφοῖν τὰ τῆς ἀτοπίας συνάγεται; οὕτως οὐδαμοῦ διαφυγεῖν ἐστι τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἐπὶ τὸ ἄρρηκτον χωρεῖν καταφυγόντα, καὶ ἄρρηκτον τὸ ἀδιαίρετον ὡς τῇ φύσει οὕτω δὲ καὶ ταῖς ὑποστάσεσι νέμοντα· οὐχ ὡς συναλείφεσθαι, (ἄπαγε) ἀλλ' ὡς ἔχεσθαι· ἵνα μὴ φεύγοντες τὸν Ἀρειανισμὸν πρὸς τὸν ἐπέκεινα κρημνὸν τῆς Σαβελλίου δυσσεβείας περιπέσωμεν. ἀλλ' ἐν ὅρῳ στῶμεν τῆς εὐσεβείας τῇ περὶ τὰς ὑποστάσεις διαιρετικῇ συναφείᾳ, καὶ διαιρέσει συναπτικῇ, τὸ παράδοξον· τῷ γεννᾶν καὶ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι διαστέλλοντες ἀλλήλων τὰς ὑποστάσεις καὶ διακρίνοντες· κατὰ τοῦτο καὶ τὸν υἱὸν γεννηθῆναι μόνον ἐκ τῆς ἀεὶ παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας γινώσκοντες, ὅτι καὶ τὴν ἄνω γέννησιν μόνος ἰδιοτρόπως τῶν τριῶν ἀποφέρεται.

naturæ soli indivisibilitatem tribuit, hypostases autem ab invicem secernit ac dividit: utrum ex duobus unum profiteatur & componat, aut omnino personas ab invicem secernat. Nam si dixerit ex Patre non esse, quæ ex eo sunt, tria inducit principia & monarchiam [ id est unitatem principii ] negat. Ecquid a Gentilium impietate differet? Etenim multiplicitas deorum est, si quantulumcumque a monarchia discedatur. Quod si dum Patrem causam eorum quæ ex ipso sunt confitetur, separet ab eo qui ab initio est ea quæ inde proficiscuntur, concedet plane cum causa aliquando coextitisse ea quæ ab ipsa sunt, etiamsi nunc id non concedat. Nam quod ex aliquo est & nunc separatum est ab eo, aliquando cum illo coëxistebat, nec ab illo separabatur ex quo est, siquidem dicatur ab ipso esse. Quod si coëxistebat, nunc autem non coëxistit, temporaneas circumscriptiones id quod divisum est non effugit. Et quæ supra tempora sunt, sub tempore visa sunt quodam tempore separata a gignente. Viden' quomodo per utrumque ratiocinium absurda colligantur? Ita impietatem nullatenus effugere potest is qui ad inseparabilitatem non confugerit, quique inseparabilitatem & indivisibilitatem ut naturæ ita & hypostasibus non tribuerit; non ita ut coalescant, (apage) sed ita ut habeantur [ personæ ]: ne Arianismum vitantes in aliud præcipitium, nempe Sabellii impietatem, incidamus. Sed in definitione pietatis stemus circa hypostases per distinctivam conjunctionem, & per distinctionem conjunctivam, quod est admirandum: ac per id quod est gignere, gigni, & procedere hypostases distinguentes ab invicem ac discernentes; secundum hoc & Filium solum genitum esse ex semper Virgine ac Deipara Maria agnoscentes, quia & supernam generationem solus ex tribus proprie retulit.

Stylianus, Mappa cognominatus, Neocæsareæ in Euphratesiâ Metropolita, Synodo Constantinopolitanæ quartæ subscripsit anno 870. Photiique adversarius Ignatio semper favit. Ejus exstant Epistolæ duæ ad Stephanum VI. papam Græcolatinæ, Conciliorum Tom. VIII. p. 1397. & 410.

---

## *EX CODICE XXXIV. fol. 20. verso.*

Μιχαὴλ Συγκέλλου Ἱεροσολύμων λίβελλος περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα υἱὸν γεννητόν, καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐκπορευτόν, τρεῖς ὑποστάσεις τελείας, νοεράς, διαιρουμένας ἀριθμῷ καὶ ὑποστατικαῖς ἰδιότησιν, ἀλλ' οὐ θεότητι. διαιροῦνται γὰρ ἀδιαιρέτως καὶ συνάπτονται ἀσυγχύτως. πατὴρ γὰρ αὐθυπόστατος ὁ πατήρ, ἀεὶ ὢν καὶ μένων ἐν τῇ πατρότητι, ἀγέννητος, ἄναρχος, ἀρχὴ καὶ αἰτία τῶν πάντων, μόνῃ τῇ ἀγεννησίᾳ διαφέρων τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος καὶ τῷ εἶναι πατήρ· ἐξ οὗ γεννᾶται μὲν ὁ υἱὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἐκπορεύεται δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως· ἅμα

*Michaëlis Syncelli Hierosolymorum libellus de orthodoxa fide.*

Credo in Deum Patrem ingenitum, & in unum Filium genitum, & in unum Spiritum sanctum procedentem, tres hypostases perfectas, intellectuales, distinctas numero & hypostaticis proprietatibus, sed non deitate. Distinguuntur enim sine divisione, & conjunguntur sine confusione. Pater enim est propriâ hypostasi pater, semper existens & manens in paternitate, ingenitus, sine principio, principium & causa omnium, sola ingeniti ratione differens a Filio & Spiritu & eo quod sit Pater; ex quo gignitur quidem Filius ante omnia sæcula, procedit autem Spiritus sanctus sine tem-

γὰρ πατήρ, ἅμα υἱός, ἅμα πνεῦμα. υἱὸς αὐθυπόστατος ὁ υἱός, ὁμοούσιος, καὶ συνάναρχος τῷ πατρὶ τῷ γεννήτορι, τῇ γεννήσει μόνῃ διαφέρων τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος. πνεῦμα αὐθυπόστατον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον, ἔχον μὲν πάντα τὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως, κατ' οὐδὲν διαφέρον ἢ κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν. κοινὸν μὲν γὰρ τῆς τριάδος ἡ θεότης, καὶ τὰ τῆς θείας φύσεως ἰδιώματα. ἴδιον δὲ ἑκάστου, τοῦ μὲν (πατρὸς) ἡ πατρότης, τοῦ δὲ υἱοῦ ἡ υἱότης, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος ἡ ἐκπόρευσις. οὔτε γὰρ ὁ πατὴρ εἰς υἱὸν ἢ πνεῦμα μεταβαίνει, οὔτε ὁ υἱὸς εἰς πατέρα ἢ πνεῦμα, οὔτε τὸ πνεῦμα εἰς υἱὸν ἢ εἰς πατέρα· ἀκίνητοι γὰρ ἰδιότητες. θεὸν τοιγαροῦν ἀληθῶς φρονῶ τῆς τριάδος ἕκαστον καθ' ἑαυτὸν νοούμενον καὶ προσαγορευόμενον. θεὸς γὰρ τέλειος ὁ πατήρ, θεὸς τέλειος ὁ υἱός, θεὸς τέλειος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' οὐ τρεῖς θεοί. εἷς γὰρ θεός, ἐπεὶ καὶ μία θεότης ἐν τρισὶ προσώποις συναϊδίοις· οὐ φύσει διαστελλόμενος οὔτε προσώπῳ· ὅπου γὰρ ὁ πατήρ, ἐκεῖ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα· καὶ ὅπου ὁ υἱός, ἐκεῖ καὶ ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα· καὶ ὅπου τὸ πνεῦμα, ἐκεῖ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός. ἁπλῶς δὲ φάναι, τριάδα προσκυνῶ ἐν μονάδι καὶ μονάδα ἐν τριάδι, μονάδα τρισυπόστατον καὶ τριάδα ὁμοούσιον, καὶ ὁμοδύναμον, καὶ ὁμότιμον, καὶ συνάναρχον. μίαν ὁμολογῶ τῆς ἁγίας τριάδος θεότητα, μίαν φύσιν, μίαν οὐσίαν, μίαν κυριότητα, μίαν βασιλείαν. ταύτην μόνην γινώσκω ἀΐδιον, ἀγέννητον, ἄναρχον, ἄκτιστον, ἀόρατον, ἀπερίγραπτον, ἀκατανόητον, ἀόριστον, ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτον, ἀθάνατον, ἀνώλεθρον, ἀπαθῆ· πάντων ποιητικήν τε καὶ συνεκτικὴν καὶ προνοητικήν, οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὰ παραγαγοῦσαν. πιστεύω μὴ οὐσίαν εἶναι τοῦ κακοῦ τινά, ἢ βασιλείαν, ἢ ἄναρχον, ἢ παρ' ἑαυτῆς ὑποστᾶσαν, ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ γενομένην· ἀλλ' ἡμέτερον ἔργον τοῦτο καὶ τοῦ πονηροῦ, ἐκ τῆς ἀπροσεξίας ἐπεισελθὸν ἡμῖν ἀλλ' οὐχὶ κτίσαντος. κατ' εἰκόνα γὰρ θεοῦ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος· τουτέστιν, αὐτεξούσιος, τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον καὶ τὸ χεῖρον ῥοπὴν αὐθαιρέτως ἐκλεγόμενος, καὶ πρὸς αὐτὴν αὐτομολῶν. φθόνῳ οὖν καὶ ἀπάτῃ διαβόλου δελεασθείς, καὶ πρὸς παράβασιν τῆς δοθείσης αὐτῷ θείας ἐντολῆς αὐτομολήσας, ὁμοῦ τῆς πολυολβίου δόξης καὶ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διατριβῆς ἐξορίζεται, θανάτῳ καὶ φθορᾷ ὑποπεσών, καὶ δοῦλος τοῦ ἀποστάτου γενόμενος. ἀλλὰ τοῦτον οὐ παρεῖδεν ὁ πλαστουργὸς θεὸς τυραννούμενον· διὰ πλῆθος δὲ μᾶλλον φιλανθρωπίας εὐδοκήσας βουλήσει πατρός τε καὶ πνεύματος τὸ οἰκεῖον ἀνασώσασθαι πλάσμα, ἐκ τῶν πατρῴων κόλπων ὅθεν οὐκ ἀπέστη κατελθών, καὶ τῆς παρθενικῆς μήτρας τῆς παμμάκαρος οἱονεὶ θεὸς

pore & incorporaliter: simul enim Pater, simul Filius, simul Spiritus. Filius propriâ hypostasi filius, consubstantialis & coæternus Patri genitori, solâ generatione differens a Patre & a Spiritu. Spiritus propriâ hypostasi est Spiritus Sanctus, Patri & Filio consubstantialis & coæternus, habens quidem omnia quæ Patris & Filii sunt præter rationem ingeniti & geniti, secundum nihil differens nisi secundum processionem. Communis namque tribus est deitas, communes divinæ naturæ proprietates. Proprium autem hoc est singulis, Patri quidem paternitas, Filio filiatio, Spiritui autem Sancto processio. Neque enim Pater in Filium vel in Spiritum transit, neque Filius in Patrem vel in Spiritum, neque Spiritus in Filium vel in Patrem: immobiles quippe sunt proprietates. Deum siquidem vere sentio unumquemque trium secundum se consideratum & nominatum. Deus enim perfectus est Pater, Deus perfectus Filius, Deus perfectus Spiritus Sanctus; sed non tres dii. Unus enim est Deus, quia una deitas in tribus personis coæternis; non naturâ divisus neque personâ. Ubi enim est Pater, ibi quoque est & Filius & Spiritus; & ubi Filius, ibi & Pater & Spiritus; & ubi Spiritus, ibi & Pater & Filius. Ut autem simpliciter dicam, Trinitatem adoro in unitate, & unitatem in trinitate, unitatem trishypostaticam & trinitatem consubstantialem, unius virtutis, unius honoris, & simul sine principio. Unam confiteor sanctæ Trinitatis deitatem, unam naturam, unam substantiam, unam dominationem, unum regnum. Hanc solam agnosco sempiternam, ingenitam (*vel*, non factam) sine principio, increatam, invisibilem, incircumscriptam, incomprehensibilem cogitatione, indeterminatam, invariabilem, immutabilem, immortalem, incorruptibilem, impassibilem; quæ omnia fecit & continet iisque providet, cœlum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, visibilia & invisibilia; quæ ipsa ex non extantibus produxit. Credo non esse mali substantiam aut regnum, non esse eam sine principio, nec per se subsistentem, nec a Deo factam; sed esse opus nostrum & maligni, ex incogitantiâ & incuriâ ingressum in nos, sed non a Creatore. Ad imaginem namque factoris sui formatus est homo, id est, sui arbitrii; inclinationem ad bonum & malum libere eligens, & ad eam sponte concedens. Sed invidiâ & fallaciâ diaboli inescatus, cum ad transgressionem traditi sibi præcepti sponte accessisset, simul & a felicissima gloria & a paradisi habitatione extruditur, in mortem & corruptionem delapsus & apostatæ servus effectus. Sed eum plasmator Deus tyrannidi subjectum non despexit; imo ob vehementem erga hominis amorem beneplacito suo voluntateque Patris & Spiritûs, ut figmentum suum ad

σπόρος εἰσδὺς, καὶ σάρκα ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ μὴ προϋποστᾶσαν προσειληφὼς, προῆλθε θεὸς σεσαρκωμένος, γεννηθεὶς ἀρρήτως, καὶ τὴν παρθενίαν τῆς τεκούσης φυλάξας ἀδιάφθορον· οὐ φυρμὸν, οὐ σύγχυσιν, οὐ τροπὴν ὑπομείνας· ἀλλὰ μείνας ὅπερ ἦν, γέγονεν ὅπερ οὐκ ἦν, προσλαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἀληθείᾳ οὐ φαντασίᾳ, κατὰ πάντα πλὴν τῆς ἁμαρτίας ἡμῖν ὁμοιωθείς. αἰώνιον γὰρ αὐτὸν ἐπίσταμαι καὶ πρόσκαιρον, κτιστὸν καὶ ἄκτιστον, παθητὸν καὶ ἀπαθῆ, θνητὸν καὶ ἀθάνατον, θεὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον· οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν πρὸ σαρκὸς καὶ μετὰ σαρκώσιν· μίαν σύνθετον ὑπόστασιν· τὸν αὐτὸν ἐν δύο φύσεσί τε τελείαις καὶ δύο φυσικαῖς ἰδιότησι, καὶ δύο φυσικαῖς θελήσεσί τε καὶ ἐνεργείαις ἀλλήλαις καθ' ὑπόστασιν ἡνωμέναις ἀναλλοιώτως καὶ ἀσυγχύτως γνωριζόμενον· τὸν αὐτὸν ἑκουσίως θέλοντα καὶ ἐνεργοῦντα ἀνθρώπινα ὡς ἄνθρωπον. οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑπέκειτο· ἑκὼν γὰρ ἐγεννήθη, ἑκὼν ἐπείνασεν, ἑκὼν ἐδίψησεν, ἑκὼν ἐκοπίασεν, ἑκὼν ἐδειλίασεν, ἑκὼν ἀπέθανεν. ἀληθῶς καὶ ἀφαντασιάστως πάντα τὰ φυσικὰ, καὶ ἀδιάβλητα πάθη τῆς ἀνθρωπότητος. σταυρωθείς τε καὶ θανάτου γευσάμενος ὁ ἀναμάρτητος, καὶ ἀναστὰς τῆς ἰδίας σαρκὸς οὐκ ἰδούσης φθορὰν, τὴν ἀνθρωπίνην οὐσίαν ἀφθαρτίσας καὶ ἀθανατίσας συνανέστησε, καὶ εἰς οὐρανοὺς συναγαγὼν κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός. ἥξει δ' αὖ πάλιν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ὃν τρόπον ἀνῆλθε, μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ὀφθησόμενος ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων, καὶ ἀποδώσων ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἴδιον ἔργον. ἀναστήσονται γὰρ οἱ νεκροὶ καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις· καὶ οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ πράξαντες μετὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον· οἱ δὲ τὰ φαῦλα ποιήσαντες καὶ τὴν πίστιν ἀθετήσαντες, εἰς κόλασιν αἰώνιον.

Πρὸς τούτοις ἓν βάπτισμα ὁμολογῶ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, ἀναγεννητικόν τε καὶ καθαρτικὸν μολυσμῶν σαρκός τε καὶ πνεύματος· καὶ προσέρχομαι τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις, πιστεύων αὐτὰ ἀληθῶς τὸ εἶναι σῶμα καὶ αἷμα τοῦ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος θεοῦ λόγου, καὶ δόντος αὐτὰ τοῖς πιστοῖς εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Δέχομαι πάσας τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις ἐγγράφους τε καὶ ἀγράφους· προσπτύσσομαι καὶ προσκυνῶ τὴν πάνσεπτον εἰκόνα τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος τοῦ θεοῦ λόγου τοῦ χρισθέντος θεότητι καὶ χρίσαντος ἀμεταβλήτως ὅπερ τὸ χρῖσαν, πίστει λογιζόμενος αὐτὸν ὁρᾶν τὸν σαρκὶ ὀφθέντα θεὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντα, καὶ διὰ τῆς ὁρωμένης σαρκὸς

salutem revocaret, ex sinu Patris unde non discessit descendendo virginalem castissimæ vulvam quasi divinum semen ingressus, carnem anima rationali & intellectuali non præexistente animatam accipiens, prodiit Deus incarnatus, ineffabili modo genitus, parientis virginitatem incorruptam custodiens; non commixtionem, non confusionem mutationemve passus; sed manens quod erat, factus est quod non erat, accipiens servi formam veritate non phantasiâ; secundum omnia præter peccatum nobis similis effectus. Æternum enim illum esse scio, & temporaneum, creatum & non creatum, passibilem & impassibilem, mortalem & immortalem, Deum ipsum & hominem; non alium & alium, sed unum & ipsum ante carnem & post incarnationem; unam compositam hypostasin: eumdem ipsum in duabus naturis perfectis & in duabus naturalibus proprietatibus, & duabus naturalibus voluntatibus & operationibus invicem secundum hypostasim unitis invariabiliter & sine confusione cognitum: eumdem ipsum sponte volentem & operantem humana ut hominem. Non enim naturalibus necessitatibus subjacebat: libens quippe natus est, libens esuriit, libens sitivit, libens fatigatus est, libens timuit, libens mortuus est. Vere & sine phantasia fuerunt omnes naturales & omni calumniæ obnoxiæ passiones humanitatis. Crucifixus & mortem gustans qui sine peccato erat, & resurgens cum propria ejus caro non vidisset corruptionem, cum humanam substantiam incorruptibilem & immortalem reddidisset cum illa resurrexit, illam in cœlos secum adductam sedere fecit in dextera Patris. Veniet autem rursum judicare vivos & mortuos, quemadmodum ascendit, cum propria carne videndus ab iis qui eum transfixerunt, & redditurus unicuique secundum proprium opus. Resurgent enim mortui, & excitabuntur ii qui in sepulcris sunt; & qui cum recta fide bona egerunt, ibunt in vitam æternam; qui vero mala fecerunt & fidem contemserunt, in supplicium æternum.

Ad hæc unum baptisma confiteor per aquam & Spiritum, qui regenerat & purgat inquinamenta carnis & Spiritûs; & accedo ad intemerata mysteria, credens illa vere esse corpus & sanguinem Dei verbi pro nobis incarnati; qui dedit ipsa fidelibus in cibum & potum, in remissionem peccatorum.

Recipio omnes Ecclesiasticas Traditiones scriptas & non scriptas; amplector & adoro venerandam imaginem humani corporis Dei Verbi, quod unctum est deitate & factum est immutabiliter id quod unxerat, fide existimans me ipsum videre qui carne visus est Deus & cum hominibus conversatus est, ac per visam carnem salutem dispensavit

τὴν ἐμὴν σωτηρίαν οἰκονομήσαντα. προσκυνῶ δὲ ξύλον τοῦ τιμίου σταυροῦ, διὰ τὸν ἐπ' αὐτοῦ σαρκὶ κρεμασθέντα τὸν κύριον, καὶ πάντα τύπον τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τὰ ἱερά τε σκεύη, τούς τε σεπτοὺς καὶ θείους ναοὺς καὶ τόπους, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους· διὰ τὸν ἐν χειροποιήτοις δι' ἡμᾶς εὐδοκήσαντα κατοικεῖν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ θεῖα λόγια τοῖς ὑλικοῖς ἐγγράφεσθαι φιλανθρώπως ἐπινεύσαντα. προσκυνῶ δὲ τιμῶ καὶ τὴν εἰκόνα τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ πάσας τὰς σεπτὰς τῶν τοῦ Χριστοῦ θεραπόντων εἰκόνας, διὰ τὴν πρὸς τὸν μόνον φύσει προσκυνητὸν θεὸν ἀγάπην, τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς ἀνατείνων πρὸς τὰς πρωτοτύπους μορφάς, καὶ οὐ μέχρι ὕλης καὶ χρωμάτων καὶ χαραγμάτων ἱστῶν τὴν διάνοιαν. προσκυνῶ καὶ τιμῶ τὰ τῶν ἁγίων πάντων λείψανα, ὡς ἁγιαστικὴν καὶ ἰαματικὴν παρὰ θεοῦ χάριν εἰληφότα.

Οὕτω πιστεύω, οὕτω φρονῶ, ἐπὶ τούτοις ἐβαπτίσθην καὶ ἐν τούτοις διαμένω, καὶ πάντας τοὺς αἱρετικοὺς καὶ ὁμογνώμονας αὐτῶν καὶ πάσας τὰς αἱρέσεις αὐτῶν φεύγω τε καὶ ἀναθεματίζω καὶ μυσάττομαι, δεχόμενος καὶ ἀσπαζόμενος τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ συνόδους· πρώτην τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν ἁγίων τιη. πατέρων, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Σοφίας· δευτέραν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων ρη. πατέρων, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Εἰρήνης· τρίτην τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον τῶν σ. ἁγίων πατέρων, ἐν τῷ Θεολόγου ναῷ· τετάρτην τὴν ἐν Χαλκηδόνι τῶν χλ. ἁγίων πατέρων· πέμπτην τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρξε. ἁγίων πατέρων ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Σοφίας· ἕκτην πάλιν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρο. ἁγίων πατέρων, ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ ἱεροῦ παλατίου. δέχομαι δὲ καὶ πάσας τὰς κατὰ θεοῦ χάριν κατά τινα καιρὸν ἢ τόπον πρὸς βεβαίωσιν εὐσεβείας καὶ εὐαγγελικῆς πολιτείας συναθροισθείσας ἁγίας συνόδους, ἃς καὶ ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία ἐδέξατο. καὶ ἃς ἀπηγόρευσαν, ἀπαγορεύω· καὶ οὓς ἀνεθεμάτισαν, ἀναθεματίζω.

pensavit meam. Adoro lignum venerandæ Crucis propter eum qui in ipso suspensus est Dominus, necnon typum omnem vivificæ Crucis, sacra quoque vasa, & venerabilia divinaque Templa ac loca, itemque sacros libros; ejus causâ qui in manu factis nostrâ causâ habitare dignatus est, quique divinâ sua eloquia in materialibus describi perhumaniter voluit. Adoro veneror que imaginem sanctæ Deiparæ, omnesque venerandas Christi servorum imagines, propter caritatem erga solum naturâ adorandum Deum, animæ oculos sursum erigens ad prototypas formas; nec ad materiam, colores & figuras cogitationem sistens. Adoro ac veneror omnium Sanctorum reliquias, utpote quæ sanctificandi & sanandi gratiam a Deo acceperint.

Ita credo; ita sentio, in his baptizatus sum & in his persevero, omnesque hæreticos & asseclas eorum universasque eorum hæreses fugio, anathematizo & detestor, recipiens & amplectens sanctas & œcumenicas sex Synodos; primam Nicænam Sanctorum CCCXVIII. Patrum, in templo sanctæ Sophiæ; secundam Constantinopoli Sanctorum CVIII. Patrum, in templo sanctæ Irenes; tertiam Ephesi, quæ prior fuit, in templo Theologi SS. CC. Patrum; quartam Chalcedone, SS. DCXXX. Patrum; quintam Constantinopoli SS. CLXV. Patrum, in templo sanctæ Sophiæ; sextam iterum Constantinopoli SS. CLXX. Patrum, in Trullo sacri Palatii. Recipio item omnes, quæ per Dei gratiam quovis tempore & loco ad confirmationem pietatis & evangelicæ disciplinæ congregatæ sunt, sanctas Synodos quas Catholica & Apostolica Ecclesia suscepit. Quæ reprobarunt, reprobo; & eos quos anathemate percusserunt, anathemate percutio.

Michaëlis Synceli Hierosolymitani Presbyteri Encomium in sanctum Dionysium Areopagitam habetur ad calcem Operum ejusdem sancti Dionysii Tom. 2. pag. 207. Laudatur apud Suidam, ubi hic de sancto Dionysio agit. De eodem Michaële Syncelo hæc habet Martinus Delrius in Vindiciis Areopagiticis ad calcem Dionysii Operum similiter cusis Tom. 2. pag. 457. *Beatus Michaël Syncelus Presbyter Hierosolymitanus magnâ laude sanctimoniæ ac eruditionis scripsit quædam tempore non Mauritii Imperatoris sed Ludovici Pii, Hilduini ævo, quando a Theophilo Græcorum Imperatore Iconomacho propter Catholicam fidem multa pertulit, ut tradit Curopalata in historia; & laudatur a Theodoro Studita lib. 2. Epist. 213.*

Michaëlis Synceli hæc ipsa professio fidei habetur in Codice Cæsareo LXXVII. ejusque initium ut supra ipsis verbis adfert Petrus Lambecius Bibliothecæ Cæsareæ lib. 3. pag. 163. Exstat etiam infra in Codice CXX.

## *EX CODICE XXXIV. fol. 22.*

Λίβελλος Θεοδώρου ἐπισκόπου Σκυθοπόλεως τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφυλάκτῳ μετὰ Θεὸν δεσπότῃ Ἰουστινιανῷ, καὶ τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις Εὐτυχίῳ, Ἀπολιναρίῳ, Δομνίνῳ, καὶ Εὐστοχίῳ Θεόδωρος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος τῶν Σκυθοπολιτῶν.

*Libellus Theodori Episcopi Scythopolitani piissimo, in Dei custodia posito, post Deum Domino Justiniano, & beatissimis Patriarchis Eutychio, Apolinario, Domnino, & Eustochio Theodorus misericordiâ Dei Episcopus Scythopolitarum.*

Ἐπειδὴ πρώην ὡς ἄνθρωπος, τινὰ τῶν εἰρημένων τῷ ἀθέῳ καὶ ἀσεβεῖ Ὠριγένει ἐφρόνουν περὶ προϋπάρξεως καὶ ἀποκαταστάσεως· νυνὶ δὲ καὶ ἀκριβέστερον ἐντυχὼν ταῖς θείαις γραφαῖς καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ θεοφόροις πατράσι, καὶ σαφῶς διδαχθεὶς ὡς τὰ τοιαῦτα δυσσεβῆ δόγματα ταῖς ἑλληνικαῖς συμβαίνει μανίαις καὶ Μανιχαϊκαῖς μυθολογίαις, καὶ πρός γε Ἀρειανικαῖς βλασφημίαις, καὶ ταῖς Ἰουδαϊκαῖς ταῖς ὑπὸ Νεστορίου ἤτοι Θεοδώρου τοῦ δυσσεβοῦς ἐπινοηθείσαις· εὑρηκὼς δὲ καὶ ὑμᾶς τοὺς πανευσεβεῖς καὶ ἁγιωτάτους καὶ μακαριωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ πατριάρχας, Εὐτύχιον τὸν τῆσδε τῆς βασιλευούσης πόλεως, καὶ Ἀπολινάριον τὸν τῶν Ἀλεξανδρέων, καὶ Δομνῖνον τὸν τῶν Θεουπολιτῶν, καὶ Εὐστόχιον τὸν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν δικαίως τὰ τοιαῦτα δόγματα ὡς μυσαρὰ βδελυττομένους καὶ παντοίως ἐκβάλλοντας· ἔθος δὲ ἐστὶ τοὺς μετανοοῦντας καὶ τὴν ἰδίαν ἐξομολογουμένους πλάνην, ὑπὸ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δέχεσθαι· διὰ τοῦτο κἀγὼ χάριν μεγίστην ὁμολογῶ τῷ Θεῷ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ πανευσεβεῖ γαληνότητι, καὶ τοῖς εἰρημένοις μακαριωτάτοις πατριάρχαις προξένοις μοι γενομένοις τοῦ καὶ τῆς τοιαύτης ψυχοφθόρου βλάβης ἐλευθερωθῆναι, καὶ τελείως αὐτῆς ἀπαλλαγῆναι. ἐπειδὴ δὲ δίκαιόν ἐστι καὶ ἐγγράφως τὴν τοιαύτην δυσσέβειαν ἀποκηρύξαι, ὁμολογῶ διὰ τῶν παρόντων μου λιβέλλων ἐπομνύμενος κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, καὶ τῆς νίκης καὶ διαμονῆς τῆς ὑμετέρας πανευσεβοῦς γαληνότητος, ὡς ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ διανοίας ἀπέστην τῆς αἱρέσεως ταύτης καὶ πανωλέθρου πλάνης· καὶ ἀλλοτρίαν ταύτην ἡγοῦμαι πάσης χριστιανικῆς ἀκοῆς, ἀναθεματίζων οὐ μόνον στόματι ἀλλὰ καὶ διανοίᾳ, ἰδικῶς μὲν αὐτὸν τὸν δυσσεβῆ Ὠριγένην τὸν καὶ Ἀδαμάντιον, καὶ τὰ αὐτοῦ μυσαρὰ καὶ ἄθεα δόγματα· γενικῶς δὲ πάντας τοὺς λέγοντας, ἢ ἔχοντας, ἢ φρονοῦντας, ἢ διδάσκοντας τὴν λεγομένην προϋπαρξιν καὶ ἀποκατάστασιν. διὸ ἑπόμενος τῷ ὑμετέρῳ κράτει καὶ τοῖς προειρημένοις μακαριωτάτοις πατριάρχαις, πληροφορῶ τὰ ὑποτεταγμένα.

Quoniam nuper utpote homo quædam sentiebam ab atheo & impio Origene prolata circa præexistentiam & restitutionem: nunc autem lectis accuratius divinis Scripturis & Sanctis Deiferisque Patribus, clare edoctus ejusmodi impia dogmata cum Græcorum stultitiis & Manichæorum fabulis consentire, imo etiam cum Arianicis blasphemiis, & Judaïcis quæ a Nestorio sive ab impio Theodoro excogitatæ sunt; cumque compererim vos piissimos, sanctissimos beatissimosque Archiepiscopos & Patriarchas, Eutychium hujusce imperialis urbis antistitem, Apolinarium Alexandrinorum, Domninum Theopolitarum seu Antiochenorum, & Eustochium Hierosolymitanorum ejusmodi dogmata utpote exsecranda jure abhorrere, ac omnino ejicere; ac in more sit eos qui pœnitentiam agunt ac errorem confitentur suum, a sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia recipi; ideoque ego gratiam maximam profiteor Deo, vestræque piissimæ serenitati, necnon memoratis beatissimis Patriarchis, qui mihi procurarunt ut ab hoc animæ pernicioso damno liberarer, & omnino eruerer. Cum autem justum sit talem impietatem scripto damnare, præsentibus meis libellis profiteor, & juro per sanctam & consubstantialem Trinitatem, per victoriam & diuturnitatem vestræ piissimæ Serenitatis, me ex tota anima & mente abstitisse ab hoc impio & pernicioso errore, & eum ab omni Christiano auditu alienum reputare; anathematizando non solum ore sed etiam animo, peculiariter quidem ipsum impium Origenem sive Adamantium, ejusque detestanda & impia dogmata; generaliter autem omnes qui proferunt, aut tenent, aut sentiunt, aut docent memoratam illam præexistentiam & restitutionem. Quamobrem imperio vestro ac præfatis beatissimis Patriarchis obtemperans, profiteor ea quæ subjiciuntur.

Κεφ. α´. Εἴ τις λέγει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει, ἢ κηρύσσει ἢ φανερῶς ἢ κρυπτῶς, προϋπάρχειν τῶν σωμάτων τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς, οἷα πρώην νόας οὔσας

Cap. 1. Si quis dicat, aut censeat, aut doceat, aut prædicet, sive clam sive publice, hominum animas præexistere corporibus, utpote quæ prius fuerint mentes ac divinæ

καὶ ἁγίας δυνάμεις· κόρον τε λαβούσας τῆς θείας θεωρίας καὶ πρὸς τὸ χεῖρον τραπείσας, καὶ διὰ τοῦτο ἀποψυγείσας μὲν τῆς τοῦ θεοῦ ἀγάπης, ἐντεῦθεν δὲ ψυχὰς ὀνομασθείσας, καὶ τιμωρίας χάριν διὰ ἁμαρτίας εἰς σώματα καταπεμφθείσας· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. β'. Εἴ τις λέγει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει πρῶτον πεπλάσθαι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ μετὰ ταῦτα ἑνωθῆναι αὐτῷ τὸν θεὸν λόγον, καὶ τὴν ψυχὴν προϋπάρξασαν· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. γ'. Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει πᾶσι τοῖς οὐρανίοις τάγμασιν ἐξομοιωθῆναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, γενόμενον τοῖς Χερουβὶμ Χερουβὶμ καὶ τοῖς Σεραφὶμ Σεραφίμ, καὶ πᾶσι (sic) ἁπλῶς ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐξομοιωθῆναι· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. δ'. Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει πέρας ἢ τέλος ἕξειν ποτὲ τὴν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλείαν· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. ε'. Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγείρεσθαι σώματα, καὶ οὐχ ὁμολογεῖ ὀρθίους ἡμᾶς ἐγείρεσθαι· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. ς'. Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει οὐρανοὺς καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας καὶ τὰ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἔμψυχα, καὶ λογικάς τινας εἶναι δυνάμεις· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. ζ'. Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει, ὅτι ὁ δεσπότης Χριστὸς ἔχει ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι σταυρωθῆναι ὑπὲρ τῶν δαιμόνων, ὡς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. η'. Εἴ τις λέγει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει πεπερασμένην (sic) εἶναι τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν, καὶ τοσαῦτα αὐτὸν δημιουργῆσαι ὅσων περιδράξασθαι καὶ περινοεῖν ἠδύνατο· ἢ τὰ κτίσματα συναΐδια εἶναι τῷ θεῷ· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. θ'. Εἴ τις λέγει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει πρόσκαιρον εἶναι τὴν τῶν δαιμόνων καὶ ἀσεβῶν ἀνθρώπων κόλασιν καὶ τέλος κατά τινα χρόνον αὐτὴν ἔχειν· ἢ ἀποκατάστασιν γενέσθαι δαιμόνων ἢ ἀσεβῶν ἀνθρώπων· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. ι'. Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει τὴν τοῦ κυρίου ψυχὴν προϋπάρχειν, καὶ ἡνωμένην γεγενῆσθαι τῷ θεῷ λόγῳ πρὸ τῆς ἐκ παρθένου σαρκώσεως· ἀνάθεμα ἔστω.

κ. ια'. Εἴ τις λέγει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει ἐξισοῦσθαι ἡμᾶς τῷ σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν τῷ τεχθέντι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, καὶ μέλλειν καὶ ἡμῖν ἑνοῦσθαι τὸν θεὸν λόγον, ὡς τῇ ἐκ Μαρίας προσληφθείσῃ ἐμψυχωμένῃ σαρκὶ κατ' οὐσίαν καὶ καθ' ὑπόστασιν· ἀνάθεμα ἔστω.

virtutes; ac postea, cum divinam contemplationem fastidirent ac in pejus versæ fuissent, ideo frigidas in amore Dei effectas, inde psychas seu animas fuisse vocatas, & in supplicium pro peccato in corpora demissas; anathema sit.

Cap. 2. Si quis dicat, aut censeat, aut doceat primo formatum fuisse corpus Domini nostri Jesu Christi in vulva Sanctæ Virginis, & postea unitum ei fuisse Deum Verbum, & animam præexistentem; anathema sit.

C. 3. Si quis dicat, aut teneat, aut censeat, aut doceat Dei verbum omnibus cœlestibus ordinibus assimilatum esse, factum Cherubim Cherubinis & Seraphim Seraphinis, ac in summa omnibus supernis virtutibus assimilatum esse; anathema sit.

C. 4. Si quis dicat, aut teneat, aut censeat, aut doceat terminum aut finem habiturum aliquando esse regnum magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi; anathema sit.

C. 5. Si quis dicat, aut teneat, aut censeat, aut doceat in resurrectione hominum corpora sphærica resurgere, & non confiteatur nos rectos resurrecturos esse; anathema sit.

C. 6. Si quis dicat, aut teneat; aut censeat, aut doceat cœlos & solem, lunam & stellas & aquas quæ super cœlos sunt animatas, & rationales quasdam virtutes esse; anathema sit.

C. 7. Si quis dicat, aut teneat, aut censeat, aut doceat Dominum Christum in futuro sæculo crucifigendum esse pro dæmonibus, ut pro hominibus; anathema sit.

C. 8. Si quis dicat, aut censeat, aut doceat terminatam esse Dei virtutem, & tanta illum creasse quanta continere & quantis providere poterat; aut creaturas esse Deo coæternas; anathema sit.

C. 9. Si quis dicat, aut sentiat, aut doceat temporaneum esse dæmonum & impiorum hominum supplicium, & finem habiturum ipsum aliquo tempore; aut dæmonum hominumque impiorum restitutionem futuram esse; anathema sit.

C. 10. Si quis dicat, aut teneat, aut censeat, aut doceat Domini animam præextitisse, & unitam fuisse Dei verbo ante incarnationem ex Virgine; anathema sit.

C. 11. Si quis dicat, aut censeat, aut doceat nos exæquandos esse Salvatori nostro Christo Deo nostro, qui natus est ex Sancta Deipara & semper Virgine Maria, ac nobis uniendum esse Deum verbum, quemadmodum carni animatæ ex Maria assumtæ secundum substantiam & secundum hypostasin; anathema sit.

κ. ιβ΄. Εἴ τις λέγει, ἢ φρονεῖ, ἢ διδάσκει τὰ ἐξ ἀναστάσεως σώματα ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ἐνδυόμενα, ἔτι γε μὴν καὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπόλλυσθαι καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλύεσθαι, καὶ μὴ διαμένειν εἰς ἀεὶ, καὶ ἐπ᾽ ἄπειρον· ἀνάθεμα ἔστω.

Ἀνάθεμα Ὠριγένει τῷ καὶ Ἀδαμαντίῳ τῷ ταῦτα ἐκθεμένῳ, μετὰ τῶν μυσαρῶν αὐτοῦ καὶ ἐπικαταράτων δογμάτων· καὶ παντὶ προσώπῳ φρονοῦντι ταῦτα, ἢ ἐκδιδάσκοντι, ἢ κηρύσσοντι, ἢ κατά τι παντελῶς ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ τούτων ἀντιποιεῖσθαι τολμῶντι, ἢ μὴ βδελυσσομένῳ ἀπὸ τοῦ νῦν. Θεόδωρος ἐλέει θεοῦ ἐπίσκοπος τῶν Σκυθοπολιτῶν πεποίημαι τὸν προσκείμενον λίβελλον ὁλόγραφον ἐν χειρὶ ἐμῇ.

C. 12. Si quis dicat, aut censeat, aut doceat corpora post resurrectionem incorruptione & immortalitate induta, insuperque & magni Dei Salvatorisque nostri Jesu Christi, peritura esse, & in non existentiam resolvenda, nec mansura semper & in infinitum; anathema sit.

Anathema Origeni Adamantio qui hæc exposuit, cum detestandis & maledictis ejus dogmatibus; omnique personæ hæc sentienti, aut docenti, aut prædicanti, aut quæ secundum quidpiam quovis tempore hæc defendere ausa sit, aut quæ a præsenti tempore hæc non detestata fuerit. Theodorus misericordiâ Dei Episcopus Scythopolitarum præsentem libellum feci, & totum manu mea descripsi.

---

## *EX CODICE XXXIV. fol. 35. verso.*

Ἐπιστολὴ τῆς ἁγίας μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν.

*Epistola Sanctæ magnæ & œcumenicæ Nicænæ Synodi ad sanctissimam Alexandrinorum Ecclesiam.*

Ἐπιφερομένη πρὸς θεὸν ἐτήσιος εὐχαριστία καθ᾽ ἣν ἡμέραν ἀπελάβομεν τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, σὺν ἀποδείξει εὐσεβείας δογμάτων καὶ καταστροφῇ τῶν τῆς κακίας δυσσεβημάτων.

*Anniversaria Deo debita gratiarum actio qua die Ecclesiam Dei recepimus, cum declaratione piorum dogmatum & eversione impietatum a malitia profectarum.*

Προφητικαῖς ἑπόμενοι ῥήσεσιν, ἀποστολικαῖς τε παραινέσεσιν εἴκοντες, καὶ εὐαγγελικαῖς ἱστορίαις στοιχειούμενοι, τῶν ἐγκαινίων τὴν ἡμέραν ἑορτάζομεν. Ἡσαΐας μὲν γάρ φησι ἐγκαινίζεσθαι νήσους πρὸς τὸν θεόν, τὰς ἐξ ἐθνῶν ὑπαινιττόμενος ἐκκλησίας. Εἶεν δ᾽ ἂν ἐκκλησίαι, οὐχ αἱ τῶν ναῶν ἁπλῶς οἰκοδομαὶ καὶ φαιδρότητες, ἀλλὰ τῶν ἐν αὐταῖς εὐσεβούντων τὸ πλήρωμα, καὶ οἷς ἐκεῖνοι τὸ θεῖον ὕμνοις καὶ δοξολογίαις θεραπεύουσιν. ὁ δὲ ἀπόστολος αὐτὸ τοῦτο παραινῶν ἐν καινότητι ζωῆς περιπατῆσαι διακελεύεται, καὶ εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, ἀνακαινίζεσθε. τὰ δέ γε κυριακὰ λόγια τὴν προφητικὴν δεικνύουσι κατάστασιν· ἐγένετο, φησὶν, ἐγκαίνια ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ χειμὼν ἦν· εἴτε νοητὸς καθ᾽ ὃν τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος κατὰ τοῦ κοινοῦ σωτῆρος τὰς τῆς μιαιφονίας ἐκίνει καταιγίδας καὶ τὸν τάραχον· εἴτε καὶ ὁ τὰς σωματικὰς αἰσθήσεις τῇ τοῦ ἀέρος ἐπὶ τὸ κρυμῶδες παραλυπῶν μεταβολῇ. γέγονε γὰρ δὴ, γέγονε καὶ καθ᾽ ἡμᾶς χειμὼν οὐχ ὁ τυχὼν, ἀλλὰ τῷ ὄντι τῆς μεγάλης κακίας ἐκχέων τὴν ὠμότητα. ἀλλ᾽ ἐξήνθησεν ἡμῖν τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ τὸ πρωτοκαίριον ἔαρ, ἐν ᾧ τὸ εὐχαριστήριον τῶν ἐπ᾽ ἀγαθοῖς θερισμῶν τῷ θεῷ συνεληλύθαμεν ποιήσασθαι, ὡς ἂν φαίημεν ψαλμικώτερον· θέρος καὶ ἔαρ σὺ ἔπλασας αὐτά, μνήσθητι ταύτης. καὶ γὰρ τοὺς ὀνειδίσαντας κύριον ἐχθροὺς, καὶ τὴν τούτῳ ἁγίαν προσκύνησιν ἐν ἁγίαις εἰκόσιν ἐξατιμάσαντας, ἐπι-

Prophetica sequentes dicta, Apostolicisque monitis obtemperantes, atque Evangelicis historiis instituti, Encæniorum sive renovationis diem celebramus. Hesaïas enim ait, innovari insulas ad Deum, quibus verbis Ecclesias ex gentibus subindicat. Fuerint autem Ecclesiæ, non structuræ ornatusque templorum tantum, sed piorum in ipsis congregatorum plenitudo qui hymnis & canticis divinum numen colunt. Apostolus autem ad idipsum adhortans, in novitate vitæ ambulare præcipit: &, *si qua in Christo nova creatura; renovamini.* Dominica autem eloquia probetico more declarant: *Facta sunt Encænia Hierosolymis, & hyems erat;* sive hyems spiritualis, quâ gens Judæorum sanguinarias tempestates & tumultum contra communem Salvatorem commovebat; sive hyems illa, quæ per commutationem aëris in frigus corporeos sensus dolore afficit. Fuit utique, fuit & nostro tempore hyems non mediocris, sed quæ ingentis malitiæ crudelitatem effundit. Sed effloruit nobis per Dei gratiam primum vernæ tempestatis tempus, in quo ad gratiarum actionem Deo pro beneficiorum messe reddendam congregati sumus, ut congruentiore modo Psalmorum illud proferremus: *æstatem & ver tu plasmasti ea, memor esto hujus.* Etenim inimicos Domino exprobrantes, & sanctam adorationem ipsi in sacris Imaginibus exhibendam inhonorantes, qui in impietatibus

θύζας τε καὶ ὑψωθέντας τοῖς δυσσεβήμασι κατέῤῥαξεν αὐτοὺς ὁ τῶν θαυμασίων θεὸς καὶ τοῦ τῆς ἀποστασίας φρυάγματος κατηδάφισεν, οὐδὲ παρεῖδεν τῆς φωνῆς τῶν βοώντων πρὸς αὐτόν· μνήσθητι κύριε τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου, οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν, οὗ ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου κύριε, οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ σου. ἀντάλλαγμα δ' ἂν εἶεν τοῦ Χριστοῦ οἱ τῷ θανάτῳ αὐτοῦ ἐξαγορασθέντες καὶ πεπιστευκότες αὐτῷ διά τε λόγου ἀνακηρύξεως καὶ εἰκονικῆς ἀνατυπώσεως· δι' ὧν τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας ἔργον τοῖς λελυτρωμένοις ἐπιγινώσκεται, διὰ σταυροῦ τε καὶ τῶν περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν παθῶν τε καὶ θαυμάτων· ἐξ ὧν καὶ ἡ τῶν αὐτοῦ παθημάτων μίμησις εἰς ἀποστόλους, ἐκεῖθεν τε εἰς μάρτυρας διαβαίνει, καὶ δι' αὐτῶν μέχρις ὁμολογητῶν καὶ ἀσκητῶν κάτεισιν.

Τούτου τοίνυν τοῦ ὀνειδισμοῦ, ὃν ὠνείδισαν οἱ ἐχθροὶ κυρίου, ὃν ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἐπιμνησθεὶς ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις καὶ ταῖς μητρικαῖς αὐτοῦ δεήσεσιν ἐπικαμπτόμενος, ἔτι δὲ καὶ ἀποστολικαῖς καὶ πάντων ἁγίων, οἳ συνεξυβρίσθησαν αὐτῷ καὶ συνεξουδενώθησαν ταῖς εἰκόσιν, ἵνα ὥσπερ συνέπαθον σαρκί, οὕτως ἄρα ὡς ἔοικεν καὶ ταῖς κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ συγκοινωνήσωσιν ὕβρεσιν, ἐνήργησεν ὕστερον ὅ τι βεβούληται σήμερον, καὶ πέπραχε δεύτερον ὅπερ ἐτέλεσε πρότερον. πρότερον γὰρ μετὰ πολυετῆ τινα χρόνον τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων ἐκφαυλίσεως καὶ ἀτιμίας, ἐπανέστρεψε τὴν εὐσέβειαν εἰς ἑαυτόν· νυνὶ δέ, ὅπερ ἐστὶ δεύτερον, μικροῦ μετὰ τριακονταετηρίδα κακώσεως κατεπράξατο τοῖς ἀναξίοις ἡμῖν τὴν τῶν δυσχερῶν ἀπαλλαγήν, καὶ τῶν λυπούντων τὴν ἀπολύτρωσιν, καὶ τῆς εὐσεβείας τὴν ἀνακήρυξιν, καὶ τῆς εἰκονικῆς προσκυνήσεως τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τὴν πάντα φέρουσαν ἡμῖν τὰ σωτήρια ἑορτήν. ἐν γὰρ ταῖς εἰκόσιν ὁρῶμεν τὰ ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ δεσπότου πάθη, τὸν σταυρόν, τὸν τάφον, τὸν ᾅδην νεκρούμενον καὶ σκυλευόμενον, τῶν μαρτύρων τοὺς ἄθλους, τοὺς στεφάνους, αὐτὴν τὴν σωτηρίαν, ἣν ὁ πρῶτος ἡμῶν ἀθλοθέτης καὶ στεφανίτης ἐν μέσῳ τῆς γῆς κατειργάσατο.

Ταύτην σήμερον τὴν πανήγυριν ἑορτάζομεν. ἐν ταύτῃ εὐχαῖς καὶ λιτανείαις συνευφραινόμενοί τε καὶ συναγαλλόμενοι, ψαλμοῖς ἐκβοῶμεν καὶ ᾄσμασι· τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν; σὺ εἶ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. τοὺς φαυλιστὰς γὰρ τῆς σῆς δόξης ἐξεμυκτήρισας· τοὺς τολμητὰς κατὰ τῆς σῆς εἰκόνος καὶ θρασεῖς, δειλοὺς καὶ πεφευγότας ἀπέδειξας. ἀλλ' ἡ μὲν εἰς θεὸν εὐχαριστία, καὶ τὸ διαπρέπον κατὰ τῶν ἀντιπάλων τρόπαιον ἐν τούτοις. τὰ δέ γε κατὰ τῶν εἰκονομαχούντων ἆθλά τε καὶ παλαίσματα, ἕτερος ὁ λόγος καὶ λογογραφία διεξοδικωτέρα δηλώσει. ὡς ἐν καταπαύσει δέ τινι τῇ (sic) μετὰ τὴν ἐρημικὴν πάροδον

impietatibus suis sese efferebant & superbiebant, confregit ille mirabilium opifex Deus & a defectionis fremitu deturbavit, neque despexit vocem clamantium ad se: *memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo, multarum gentium: quod exprobraverunt inimici tui, Domine, quod exprobraverunt commutationem Christi tui.* Commutatio autem Christi fuerint ii qui morte ejus redemti sunt, & crediderunt ei per verbum prædicationis & per Imaginis ejus repræsentationem; per quæ magnum œconomiæ opus a redemtis cognoscitur, per crucem scilicet ac per passiones & miracula quæ & ante & post crucem exhibita sunt; ex quibus ejus passionum imitatio ad Apostolos, deindeque ad Martyres transivit, & per eos usque ad Confessores & Ascetas devoluta est.

Hujus itaque *opprobrii, quod exprobraverunt inimici Domini, quod exprobraverunt commutationem Christi ejus,* recordatus Deus noster, propriis visceribus & maternis inflexus supplicationibus, necnon apostolicis & omnium Sanctorum precibus, qui unà cum illo contumeliis affecti & despecti sunt in imaginibus suis, ut sicut carne compassi sunt, ita ut par erat in contumeliarum quas in Imaginibus passus erat consortium venirent, demum id operatus est quod hodie decrevit, idque secundo fecit quod prius consummaverat. Prius enim postquam multo annorum curriculo sanctæ Imagines despectæ & inhonoratæ fuerant, pietatem erga seipsum reduxit: nunc autem, id est secundo, paulo post triginta afflictionis annos nobis indignis procuravit ærumnarum liberationem, ex affligentibus redemtionem, piæ doctrinæ prædicationem, adorationis Imaginum securitatem, & omnia nobis salutaria ferentem solennitatem. In Imaginibus enim videmus Christi cruciatus, quos pro nobis subiit, Crucem, sepulcrum, infernum destructum & devastatum, Martyrum certamina, coronas, ipsamque salutem quam primus noster præmiorum coronarumque largitor in medio terræ operatus est.

Hanc hodieque solennitatem celebramus. In hac precibus & supplicationibus unà lætantes & exultantes, Psalmis exclamamus & Canticis: *quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus noster qui facis mirabilia solus.* Nam gloriæ tuæ contemtores subsannasti; audaces illos & contra imaginem tuam feroces, timidos fugitivosque exhibuisti. Sed hactenus de gratiarum actione Deo referenda, deque Domino contra adversarios tropæo. Quod spectat autem ad certamina & prælia contra Iconomachos inita, alius sermo aliaque descriptio fusius declarabit. Verum quasi in requie quadam post transitum deserti ad possessionem spiritualis Je-

εἰς κατάταξιν τῆς νοητῆς Ἱερουσαλὴμ καθεστῶτες, μωσαϊκῇ τινι μιμήσει μᾶλλον δὲ θεϊκῇ διακελεύσει, οἷα στήλῃ τινὶ ἐκ μεγίστων λίθων συνηρμοσμένῃ καὶ πρὸς ὑποδοχὴν γραφῆς διαθετισμένῃ, τῇ τῶν ἀδελφῶν καρδίαις τάς τε εὐλογίας αἳ ὀφείλονται τοῖς νομοφυλακοῦσι, καὶ τὰς ἀρὰς δὲ αἷς καὶ ἑαυτοὺς ὑποβάλλουσιν οἱ παρανομοῦντες, δίκαιόν τε καὶ ὀφειλόμενον δεῖν ᾠήθημεν ἀναγράψαι. διὸ φαμὲν τάδε.

Τῶν τὴν ἔνσαρκον τοῦ θεοῦ λόγου παρουσίαν λόγῳ, στόματι, καρδίᾳ καὶ νοῒ, γραφῇ τε καὶ εἰκόσιν ὁμολογούντων, αἰωνία ἡ μνήμη.

Τῶν εἰδότων τῆς τοῦ Χριστοῦ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως τὸ ἐν οὐσίαις διάφορον, καὶ ταύτῃ τὸ κτιστὸν καὶ ἄκτιστον, τὸ ὁρατὸν καὶ τὸ ἀόρατον, τὸ παθητὸν καὶ τὸ ἀπαθὲς, τὸ περίγραπτον καὶ ἀπερίγραπτον· καὶ τῇ μὲν θεϊκῇ οὐσίᾳ τὸ ἄκτιστον καὶ τὰ ὅμοια προσαρμοζόντων, τῇ δὲ ἀνθρωπίνῃ φύσει τά τε ἄλλα καὶ τὸ περίγραπτον ἀνομολογούντων καὶ λόγῳ καὶ εἰκονίσμασιν, αἰωνία ἡ μνήμη.

Τῶν πιστευόντων καὶ διακηρυκευομένων, ἤτοι εὐαγγελιζομένων τοὺς λόγους ἐπὶ γραμμάτων, τὰ πράγματα ἐπὶ σχημάτων· καὶ εἰς μίαν ἑκάτερον συντελεῖν ὠφέλειαν, τήν τε διὰ λόγων ἀνακήρυξιν καὶ τὴν δι' εἰκόνων τῆς ἀληθείας βεβαίωσιν, αἰωνία ἡ μνήμη.

Τῶν τῷ λόγῳ ἁγιαζόντων τὰ χείλη, εἶτα τοὺς ἀκροατὰς διὰ τοῦ λόγου· εἰδότων τε καὶ κηρυσσόντων ὡς διὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ὁμοίως ἁγιάζονται μὲν τὰ ὄμματα τῶν ὁρώντων, ἀνάγεται δὲ δι' αὐτῶν ὁ νοῦς πρὸς θεογνωσίαν, ὥσπερ καὶ διὰ τῶν θείων ναῶν καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων κειμηλίων, αἰωνία ἡ μνήμη.

Τῶν ἐπισταμένων ὡς ἡ ῥάβδος καὶ αἱ πλάκες, ἡ κιβωτὸς καὶ ἡ λυχνία, καὶ ἡ τράπεζα καὶ τὸ θυμιατήριον τὴν πάναγνον προδιέγραφέ τε καὶ προδιετύπου παρθένον τὴν θεοτόκον Μαρίαμ· καὶ ὡς ταῦτα μὲν προετύπου ταύτην, οὐ γέγονε δὲ ἐκείνη ταῦτα, γέγονε δὲ κόρη, καὶ διέμεινε μετὰ τὴν θεογνωσίαν (l. θεογονίαν) παρθένος· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον κόρην αὐτὴν τοῖς εἰκονίσμασι γραφόντων, αἰωνία ἡ μνήμη.

Τῶν τὰς προφητικὰς ὁράσεις ὡς αὐτὸ τὸ θεῖον αὐτὰς ἐσχημάτιζε καὶ διετύπου, εἰδότων καὶ ἀποδεχομένων, καὶ πιστευόντων ἅπερ ὁ τῶν προφητῶν χορὸς ἑωρακότες διηγήσαντο· καὶ τὴν διὰ τῶν ἀποστόλων καὶ εἰς πατέρας διήκουσαν ἔγγραφόν τε καὶ ἄγραφον παράδοσιν κρατυνόντων, καὶ διὰ τοῦτο εἰκονιζόντων τὰ ἅγια καὶ τιμώντων, αἰωνία ἡ μνήμη.

Τῶν συνιέντων Μωσέως λέγοντος· προσέχετε ἑαυτοῖς, ὅτι τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἐλάλησε κύριος ὁ θεὸς ἐν Χωρὴβ ἐπὶ τοῦ ὄρους, φωνὴν ῥημάτων ὑμεῖς ἠκούσατε, ὁμοίωμα δὲ οὐκ εἴδετε· καὶ εἰδότων ἀποκρίνεσθαι ὀρθῶς· εἰ δὲ εἴδομέν τι ἀληθὲς, εἴδομεν ὡς ὁ τῆς

rusalem constituti; Mosaïco more exemplo imo potius divinâ jussione, quasi in cippo quodam ex magnis lapidibus concinnato & ad recipiendam scripturam disposito, in fratrum cordibus benedictiones quæ legis cultoribus debentur, & maledictiones quibus se obnoxios præstant prævaricatores, justum & æquum censuimus describere. Quamobrem hæc dicimus.

Eorum qui carnalem Dei Verbi adventum verbo, ore, corde ac mente, scriptura (*f.* pictura) & Imaginibus confitentur, æterna memoria.

Eorum qui agnoscunt unius & ejusdem Christi hypostaseos in substantiis differentiam, & quod in ea est creatum & increatum, visibile & invisibile, passibile & impassibile, circumscriptum & incircumscriptum; & qui divinæ substantiæ increati rationem & similia attribuunt, humanæ autem naturæ tum cætera tum circumscriptionem competere tam verbo quam imaginibus profitentur, æterna memoria.

Eorum qui credunt & prædicant sive annuntiant verba in scriptis, res in figuris; & utrumque putant eamdem utilitatem conciliare, scilicet verba prædicationem, & Imagines veritatis confirmationem, æterna memoria.

Eorum qui verbo sanctificant labia, deindeque auditores per ipsum verbum; ac qui sciunt & prædicant per venerandas Imagines similiter sanctificari oculos videntium, mentemque eorum erigi ad Dei cognitionem, quemadmodum & per divina Templa, sancta vasa, aliaque sacra cimelia, æterna memoria.

Eorum qui sciunt virgam & tabulas, arcam & candelabrum, mensam & altare incensi præmonstrasse & præfigurasse sanctissimam Virginem Deiparam Mariam; & illa quidem hanc præfigurasse, quæ tamen non fuerit idipsum quod illa (symbola;) fuisse autem illam puellam, remansisseque post Dei partum virginem; quique propterea illam in Imaginibus puellam depingunt, æterna memoria.

Eorum qui propheticas visiones, ut ipsum divinum numen eas efformabat & figurabat, sciunt ac recipiunt; & credunt ea quæ Prophetarum chorus ab se visa enarravit; & qui traditionem per Apostolos in Patres derivatam, sive scriptam sive non scriptam corroborant, & ideo sancta per imagines repræsentant & honorant, æterna memoria.

Eorum qui intelligunt Moysem loquentem: *attendite vobismetipsis, quia eâ die, quâ locutus est Dominus Deus in Choreb supra montem, vocem verborum vos audivistis, similitudinem autem non vidistis*; sciuntque apte respondere: si autem quidpiam vidimus veri,

βροντῆς υἱὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν· ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν, ὃ ἐθεασάμεθα τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, καὶ ταῦτα μαρτυροῦμεν· καὶ πάλιν ὡς οἱ ἄλλοι τοῦ λόγου μαθηταί· καὶ συνεφάγομεν αὐτῷ, καὶ συνεπίομεν, οὐ πρὸ τοῦ πάθους μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν· τῶν γνῶναι διαστέλλειν θεόθεν δυναμωθέντων τὴν ἐν τῷ νόμῳ παραγγελίαν καὶ τὴν ἐν χάριτι διδασκαλίαν, καὶ τὸ ἐν ἐκείνῳ μὲν ἀόρατον ἐν ταύτῃ δὲ καὶ ὁρατὸν καὶ ψηλαφητόν· καὶ διὰ τοῦτο τὰ ὁραθέντα καὶ ψηλαφηθέντα εἰκονογραφούντων καὶ προσκυνούντων, αἰωνία ἡ μνήμη.

* Οἱ προφῆται ὡς εἶδον, οἱ ἀπόστολοι ὡς ἐδίδαξαν, ἡ ἐκκλησία ὡς παρέλαβεν, οἱ διδάσκαλοι ὡς ἐδογμάτισαν, ἡ οἰκουμένη ὡς συμπεφρόνηκεν, ἡ χάρις ὡς ἔλαμψεν, ἡ ἀλήθεια ὡς ἀποδέδεικται, τὸ ψεῦδος ὡς ἀπελήλαται, ἡ σοφία ὡς ἐπαρρησιάσατο, ὁ Χριστὸς ὡς ἐβράβευσεν· οὕτω φρονοῦμεν, οὕτω λαλοῦμεν, οὕτω κηρύσσομεν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἁγίους, ἐν λόγοις τιμῶντες, ἐν συγγραφαῖς, ἐν νοήμασιν, ἐν θυσίαις, ἐν ναοῖς, ἐν εἰκονίσμασι· τὸν μὲν ὡς Θεὸν καὶ δεσπότην προσκυνοῦντες, τοὺς δὲ διὰ τὸν κοινὸν δεσπότην καὶ ὡς αὐτοῦ γνησίους θεράποντας τιμῶντες, καὶ τὴν κατὰ σχέσιν προσκύνησιν ἀπονέμοντες. αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων, αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων, αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων, αὕτη ἡ πίστις τὴν οἰκουμένην ἐστήριξεν.

Ἐπὶ τούτοις τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας ἀδελφικῶς τε καὶ πατροποθήτως, εἰς δόξαν καὶ τιμὴν τῆς εὐσεβείας ὑπὲρ ἧς ἠγωνίσαντο εὐφημοῦμεν, καὶ λέγομεν· Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου καὶ Μεθοδίου, τῶν ὡς ἀληθῶς ἀρχιερέων Θεοῦ, καὶ τῆς ὀρθοδοξίας προμάχων καὶ διδασκάλων, αἰωνία ἡ μνήμη.

Ἰγνατίου καὶ Φωτίου, τῶν ἁγιωτάτων, ὀρθοδόξων καὶ ἀοιδίμων πατριαρχῶν, αἰωνία ἡ μνήμη.

Στεφάνου, Ἀντωνίου καὶ Νικολάου, τῶν ἁγιωτάτων καὶ ὀρθοδόξων πατριαρχῶν, αἰωνία ἡ μνήμη.

Ἅπαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων πατριαρχῶν, Ταρασίου, Νικηφόρου καὶ Μεθοδίου, Ἰγνατίου, Στεφάνου, Φωτίου, Ἀντωνίου καὶ Νικολάου γραφέντα ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα.

Ἅπαντα τὰ παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, καὶ τὴν διδασκαλίαν καὶ ὑποτύπωσιν τῶν ἁγίων καὶ ἀοιδίμων πατέρων καινοτομηθέντα, ἢ πραχθέντα ἢ μετὰ τοῦτο πραχθησόμενα, ἀνάθεμα.

Εὐθυμίου, Θεοφίλου καὶ Αἰμιλιανοῦ, τῶν ἀοιδίμων ὁμολογητῶν καὶ Ἀρχιεπισκόπων, αἰωνία ἡ μνήμη.

Θεοφυλάκτου, Πέτρου, Μιχαὴλ καὶ Ἰωσήφ, τῶν μακαρίων μητροπολιτῶν, αἰωνία ἡ μνήμη.

vidimus utique sicut Filius tonitrui nos docuit: *quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus, quod contemplati sumus oculis, & manus nostra contrectaverunt de verbo vitæ, & hæc testificamur*; ac rursum ut alii Discipuli Verbi: & unà manducavimus & unà bibimus cum illo, non solum ante passionem & resurrectionem, sed etiam post passionem & resurrectionem; eorum, inquam, qui divinitus distinguere possunt legis præceptum a doctrina gratiæ, & invisibilitatem quæ in illo a visibilitate & tangendi facultate quæ in hac reperitur; & ideo visibilia & sub tactum cadentia Imaginibus repræsentant & adorant, æterna memoria.

Prophetæ ut viderunt, Apostoli ut docuerunt, Ecclesia ut accepit, Doctores ut docuerunt, orbis ut unà consensit, gratia ut effulsit, veritas ut demonstrata est, mendacium ut expulsum est, sapientia ut fidenter loquuta est, Christus ut præmia distribuit; sic sentimus, sic loquimur, sic prædicamus Christum verum Deum nostrum & Sanctos ejus, verbis, scriptis, cogitationibus, sacrificiis, Templis, Imaginibus honorantes; illum quidem ut Deum & Dominum adorantes, illos vero propter communem Dominum ut germanos ejus famulos honorantes, & relative ipsis adorationem adscribentes. Hæc est fides Apostolorum, hæc est fides Patrum, hæc est fides orthodoxorum, hæc fides orbem sustentavit.

Ad hæc pietatis præconibus fraterno paternoque affectu in gloriam & honorem pietatis pro qua decertarunt, benedicimus ac dicimus: Germani, Tarasii, Nicephori & Methodii, qui vere summi sacerdotes Dei fuere, rectæ fidei propugnatores & doctores, æterna memoria.

Ignatii & Photii, sanctissimorum, orthodoxorum ac celebrium Patriarcharum, æterna memoria.

Stephani, Antonii & Nicolai, sanctissimorum & orthodoxorum Patriarcharum, æterna memoria.

Omnia quæ contra sanctos Patriarchas, Tarasium, Nicephorum, Methodium, Ignatium, Stephanum, Photium, Antonium & Nicolaum scripta aut dicta sunt, anathema sint.

Omnia quæ præter ecclesiasticam traditionem, & doctrinam explanationemque Sanctorum & celebrium Patrum innovata, aut gesta aut in posterum gerenda sunt, anathema sint.

Euthymii, Theophili & Æmiliani, celebrium Confessorum & Archiepiscoporum, æterna memoria.

Theophylacti, Petri, Michaëlis & Joseph, beatorum Metropolitarum, æterna memoria.

* Hæc citantur in Synodo C. P. sub Alexio Comneno infra exscripta ex Codice XXXVI.

Ἰωάννου, Νικολάου καὶ Γεωργίου, τῶν τρισολβίων ὁμολογητῶν καὶ Ἀρχιεπισκόπων, καὶ πάντων τῶν ὁμοφρονησάντων αὐτοῖς ἐπισκόπων, αἰωνία ἡ μνήμη.

Θεοδώρου τοῦ πανοσίου ἡγουμένου τοῦ Στουδίου, αἰωνία ἡ μνήμη. Ἰσαακίου τοῦ Θαυματουργοῦ, καὶ Ἰωαννικίου τοῦ προφητικωτάτου, αἰωνία ἡ μνήμη.

Ἱλαρίωνος τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιμανδρίτου καὶ ἡγουμένου τοῦ Δαλμάτου, αἰωνία ἡ μνήμη. Συμεὼν τοῦ ὁσιωτάτου στυλίτου, αἰωνία ἡ μνήμη.

Θεοφάνους τοῦ ὁσιωτάτου ἡγουμένου τοῦ μεγάλου ἀγροῦ, αἰωνία ἡ μνήμη.

Τῷ φρυαξαμένῳ συνεδρίῳ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, ἀνάθεμα. τοῖς ἐκλαμβάνουσι τὰς παρὰ τῆς θείας γραφῆς ῥήσεις κατὰ τῶν εἰδώλων εἰς τὰς σεπτὰς εἰκόνας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, ἀνάθεμα.

Τοῖς κοινωνοῦσιν ἐν γνώσει τοῖς ὑβρίζουσι τὰς σεπτὰς εἰκόνας, ἀνάθεμα. τοῖς λέγουσιν, ὅτι πλὴν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἄλλος ἡμᾶς ἐρρύσατο τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης, ἀνάθεμα.

Τοῖς τολμῶσι λέγειν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν εἴδωλά ποτε δεδέχθαι, ὡς ὅλον τὸ μυστήριον ἀνατρέπουσι, καὶ τὴν Χριστιανῶν ἐνυβρίζουσι πίστιν, ἀνάθεμα.

Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν βασιλέων· ὁ θεὸς φυλάξει τὸ κράτος αὐτῶν· ὁ θεὸς τὴν βασιλείαν αὐτῶν εἰρηνεύσει. οὐράνιε βασιλεῦ τοὺς ἐπιγείους φύλαξον. Μιχαὴλ τοῦ ὀρθοδόξου ἡμῶν βασιλέως καὶ Θεοδώρας τῆς αὐτοῦ μητρὸς, αἰωνία ἡ μνήμη. Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου, Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου Χριστοφόρου καὶ Ῥωμανοῦ, Κωνσταντίνου Ῥωμανοῦ, Νικηφόρου καὶ Ἰωάννου, Βασιλείου, Κωνσταντίνου, Ῥωμανοῦ καὶ Μιχαὴλ τῶν τὴν οὐράνιον βασιλείαν τῆς ἐπιγείου ἀλλαξαμένων, αἰωνία ἡ μνήμη. Ζωῆς τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, καὶ τρισμακαρίστου, αἰωνία ἡ μνήμη.

Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου καὶ Μεθοδίου τῶν ἀοιδίμων πατριαρχῶν, αἰωνία ἡ μνήμη.

Ἰγνατίου, Στεφάνου, καὶ Ἀντωνίου, Νικολάου καὶ Εὐθυμίου, Στεφάνου, Τρύφωνος, Θεοφυλάκτου, Πολυεύκτου, Ἀντωνίου, Νικολάου καὶ Σισιννίου τῶν ὀρθοδόξων πατριαρχῶν, αἰωνία ἡ μνήμη.

Αὗται ὡς εὐλογίαι πατέρων ἀπ' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς τοὺς υἱοὺς ζηλοῦντας αὐτῶν τὴν εὐσέβειαν, διαβαίνουσιν· ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ ἀραὶ τοὺς πατραλοίας, καὶ τῶν δεσποτικῶν ἐντολῶν ὑπερόπτας καταλαμβάνουσι. διὸ κοινῇ πάντες ὅσον εὐσεβείας πλήρωμα, οὕτως αὐτοῖς τὴν ἀρὰν ἣν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ὑπέβαλλοντο, ἐπιφέρομεν.

Τοῖς λόγῳ μὲν τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ λόγου δεχομένοις, ὁρᾶν δὲ ταύτην δι' εἰκόνων οὐκ ἀνεχομένοις· καὶ διὰ τοῦτο ῥήματι μὲν δέχεσθαι καταςχημα-

Joannis, Nicolai & Georgii, ter felicium Confessorum & Archiepiscoporum, & omnium qui ejusdem sententiæ fuerunt Episcoporum, æterna memoria.

Theodori sanctissimi Hegumeni Studii, æterna memoria. Isaaci Thaumaturgi, & Joannicii prophetico spiritu plenissimi, æterna memoria.

Hilarionis sanctissimi Archimandritæ & Hegumeni Dalmati, æterna memoria. Symeonis sanctissimi Stylitæ, æterna memoria.

Theophanis sanctissimi Hegumeni magni Agri, æterna memoria.

Conciliabulo quod contra sacras Imagines infremuit, anathema. Iis qui dicta Scripturæ sacræ contra idola, adversus venerandas Christi Dei nostri & Sanctorum ejus Imagines accipiunt, anathema.

Iis qui scienter participant cum contumeliosis erga sacras Imagines, anathema. Iis qui dixerint alium præter Christum nos liberasse ab idolorum errore, anathema.

Iis qui ausi fuerint dicere, Catholicam Ecclesiam idola aliquando admisisse, utpote qui totum mysterium evertant, & Christianorum fidem contumeliis afficiant, anathema.

Multos annos apprecamur Imperatoribus: Deus custodiat imperium eorum: Deus imperio eorum pacem concedat. Cœlestis Imperator terrenos custodi. Michaëlis orthodoxi Imperatoris nostri & Theodoræ matris ejus, æterna memoria. Basilii & Constantini, Leonis & Alexandri Christophori, & Romani, Constantini Romani, Nicephori & Joannis, Basilii, Constantini, Romani & Michaëlis, qui terrenum imperium cum cœlesti commutarunt, æterna memoria. Zoës piissimæ & beatissimæ Augustæ, æterna memoria.

Germani, Tarasii, Nicephori & Methodii venerabilium Patriarcharum, æterna memoria.

Ignatii, Stephani & Antonii, Nicolai & Euthymii, Stephani, Tryphonis, Theophylacti, Polyeucti, Antonii, Nicolai & Sisinnii orthodoxorum Patriarcharum, æterna memoria.

Quemadmodum hæ benedictiones ab ipsis Patribus in nos filios, eorum pietatem æmulantes, descendunt; sic & maledictiones parricidas & dominicorum præceptorum contemtores apprehendunt. Quamobrem communi voce omnes, quotquot pietatis cœtum & plenitudinem constituimus, ita in illos maledictionem cui se subjecerunt, inferimus.

Iis qui verbo quidem Dei Verbi in carne œconomiam recipiunt, ipsam vero in Imaginibus conspicere recusant; atque ideo dum

νιζομένοις, πράγματι δὲ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἀρνουμένοις, ἀνάθεμα.

Τοῖς τῷ ῥήματι τὸ ἀπερίγραπτον κακῶς προσφυομένοις, καὶ διὰ τοῦτο μὴ βουλομένοις εἰκονογραφεῖσθαι τὸν παραπλησίως ἡμῖν σαρκὸς καὶ αἵματος κεκοινωνηκότα, Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν, καὶ ἐντεῦθεν φαντασιασταῖς δεικνυμένοις, ἀνάθεμα.

Τοῖς τὰς μὲν προφητικὰς ὁράσεις, κἂν μὴ βούλοιντο, παραδεχομένοις· τὰς δ᾽ ὀφθείσας αὐτοῖς εἰκονογραφίας (ὢ θαῦμα;) καὶ πρὸ σαρκώσεως τοῦ λόγου μὴ καταδεχομένοις, ἀλλ᾽ ἢ αὐτὴν τὴν ἄληπτόν τε καὶ ἀθέατον οὐσίαν ὀφθῆναι τοῖς τεθεαμένοις κενολογοῦσιν· ἢ εἰκόνας μὲν ταύτας τῆς ἀληθείας καὶ τύποις καὶ σχήματα ἐμφανισθῆναι τοῖς ἑωρακόσι συντιθεμένοις, εἰκονογραφεῖν δὲ ἐνανθρωπήσαντα τὸν λόγον καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ πάθη οὐκ ἀνεχομένοις, ἀνάθεμα.

Τοῖς ἀκούουσι τοῦ κυρίου ὡς· εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τό· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· τοῦ Μωσέως λέγοντος συνιοῦσιν, εἶτα λέγουσι δέξασθαι μὲν τὸν προφήτην, οὐκ εἰσάγουσι δὲ δι᾽ εἰκονισμάτων τὴν τοῦ προφήτου χάριν, καὶ τὴν παγκόσμιον σωτηρίαν, ὡς ὤφθη, ὡς συνανεστράφη ἀνθρώποις, ὡς πάθη καὶ νόσους ἰάσεως μείζονας ἐθεράπευσεν, ὡς ἐσταυρώθη, ὡς ἐτάφη, ὡς ἀνέστη, ὡς πάντα ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθέ τε καὶ ἐποίησε· τοῖς οὖν ταῦτα τὰ παγκόσμια καὶ σωτήρια ἔργα ἐν εἰκόσιν ὁρᾷν μὴ ἀνεχομένοις, μηδὲ τιμῶσιν αὐτὰ καὶ προσκυνοῦσιν, ἀνάθεμα.

Τοῖς ἐπιμένουσι τῇ εἰκονομάχῳ αἱρέσει, μᾶλλον δὲ τῇ χριστομάχῳ ἀποστασίᾳ, καὶ μήτε διὰ τῆς Μωσαϊκῆς νομοθεσίας πρὸς τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἀναχθῆναι βουλομένοις, μήτε τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἐναναστραφῆναι τῇ εὐσεβείᾳ προαιρουμένοις, μήτε ταῖς πατριαρχικαῖς παραινέσεσι καὶ εἰσηγήσεσι τῆς πλάνης αὐτῶν ἐπιστραφῆναι βουλομένοις, μήτε τῇ συμφωνίᾳ τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ δυσωπουμένοις· ἀλλ᾽ ἐφάπαξ ἑαυτοὺς τῇ τῶν Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων μερίδι καθυποβαλλομένοις· (ἃ γὰρ ἀμέσως ἐκεῖνοι εἰς τὸ πρωτότυπον βλασφημοῦσι, καὶ οὗτοι διὰ τῆς αὐτοῦ εἰκόνος εἰς ἐκεῖνον τὸν εἰκονιζόμενον τολμᾷν οὐκ ἐρυθριῶσι·) τοῖς οὖν ἀνεπιστρόφως τῇ πλάνῃ ταύτῃ κατεχομένοις, καὶ πρὸς πάντα ψόγον θεῖον καὶ πνευματικὴν διδασκαλίαν τὰ ὦτα βεβυσμένοις, ὡς ἤδη λοιπὸν σεσηπόσι, καὶ τοῦ κοινοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ἀποτεμοῦσιν ἑαυτούς, ἀνάθεμα.

Ἀναστασίῳ Κωνστ. καὶ Νικήτᾳ, τοῖς ἐπὶ τῶν Ἰσαύρων κατάρξασι τῶν αἱρέσεων, ὡς ἀρχηγοῖς καὶ ὁδηγοῖς ἀπωλείας, ἀνάθεμα. Παύλῳ τῷ εἰς Σαῦλον ἀποστρέψαντι, καὶ Θεοδώρῳ τῷ ἐπικαλουμένῳ Γάστῃ, καὶ Στεφάνῳ τῷ Μολίτῃ, ἔτι δὲ Στεφάνῳ τῷ Κρι-

dum se eam recipere verbo simulant, revera salutem nostram abnegant, anathema.

Iis qui verbo incircumscriptum maligne admittunt, & ideo nolunt in Imagine repræsentari eum, qui perinde atque nos & carni & sanguini communicavit, Christum verum Deum nostrum, atque inde phantasiastæ comprobantur, anathema.

Iis qui propheticas quidem visiones, velint nolint, admittunt; visas autem ipsis Prophetis Imagines (ô res mira!) etiam ante incarnationem Verbi non recipiunt, sed ipsam incomprehensibilem & invisibilem substantiam ab illis conspectam effutiunt; aut hæc, Imagines quidem veritatis & figuras & formas videntibus apparuisse fatentur, sed Verbum hominem factum ejusque pro nobis susceptas passiones Imaginibus repræsentari nolunt, anathema.

Iis qui audiunt Dominum dicentem: *si crederetis Moysi, mihi utique crederetis* &c. & *Prophetam vobis excitabit Dominus Deus noster ex fratribus vestris, sicut me;* Moysemque loquentem intelligunt; deinde dicunt se Prophetam quidem recipere, sed Prophetæ gratiam per Imagines non inducunt ac totius mundi salutem, ut visa est, ut conversata cum hominibus, ut affectiones & morbos omni medela superiores curavit, ut crucifixa & sepulta est ac resurrexit, ut omnia pro nobis passa & operata est; iis, inquam, qui hæc ad totius mundi salutem patrata opera in Imaginibus videre non sustinent, neque illa honorant adorantque, anathema.

Iis qui manent in Iconomachorum hæresi, imo potius in Christomachorum apostasia, neque per Mosaïcam legem ad salutem suam adduci volunt, neque in apostolica doctrina pietatem versari consentiunt, neque patriarchalibus adhortationibus & institutionibus ab errore suo converti volunt, neque ob consensum omnium per orbem Dei Ecclesiarum pudore adficiuntur; sed se Judæorum ac Gentilium sorti penitus subjecerunt; (nam quæ illi sine ullo intermedio in prototypum blasphemant, hi per ipsius Imaginem in ipsum Imagine repræsentatum audere non erubescunt:) iis itaque qui sine ulla resipiscentia in hoc errore detinentur, & ad omnem divinam objurgationem & spiritualem doctrinam aures obturant, utpote jam putridis, qui se a communi Ecclesiæ corpore absciderint, anathema.

Anastasio Constantinopolitano & Nicetæ, qui sub Isauris initium hæresibus dederunt, ut execrandis & perniciei ducibus, anathema. Paulo qui in Saulum conversus est, & Theodoro cognomine Gastæ, Stephanoque Molitæ, insuperque Stephano Crithino, &

θίνῳ, καὶ Λαλονδίῳ τῷ Λέοντι· καὶ πρὸς τούτοις εἴ τις τοῖς εἰρημένοις ὅμοιος τὴν δυσσέβειαν, ἐν ὁποίῳ γὰρ εἴη καταλόγῳ κλήρου ἢ ἀξιώματός τινος ἢ ἐπιτηδεύματος ἐξεταζόμενος· τούτοις ἅπασιν ἐπιμένουσιν αὐτῶν τῇ δυσσεβείᾳ, ἀνάθεμα. Θεοδότῳ, Ἀντωνίῳ καὶ Ἰωάννῃ, τοῖς ἀλληλοπαραξένοις τῶν κακῶν, καὶ ἐπιπαραδόχοις τῆς δυσσεβείας, ἀνάθεμα.

Γεροντίῳ τῷ ἐκ Λάμπης μὲν ὁρμωμένῳ, ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ τὸν ἰὸν τῆς αὐτοῦ μυσαρᾶς αἱρέσεως ἐξεμέσαντι, καὶ εἰλημμένον ἑαυτὸν ἀποκαλέσαντι ἐπ' ἀνατροπῇ (φεῦ;) τῆς σωτηριώδους οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ, σὺν τοῖς διεστραμμένοις αὐτοῦ δόγμασι καὶ συγγράμμασι καὶ τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ, ἀνάθεμα. ὅλοις τοῖς αἱρετικοῖς, ἀνάθεμα.

Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν βασιλέων. Χριστοφόρου, Θεοδώρου, Ἀγαπίου, καὶ Ἰωάννου, Νικολάου, Ἠλιοῦ, Θεοδώρου καὶ Βασιλείου τῶν ἀοιδίμων πατριαρχῶν Ἀντιοχείας, αἰωνία ἡ μνήμη. ἡ ἁγία τριὰς αὐτοὺς ἐδόξασεν.

Τούτων ταῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας μέχρι θανάτου ἄθλοις τε καὶ ἀγωνίσμασι, καὶ διδασκαλίαις παιδαγωγεῖσθαί τε καὶ κρατύνεσθαι θεὸν ἐκλιπαροῦντες, καὶ μιμητὰς τῆς ἐνθέου αὐτῶν πολιτείας μέχρι τέλους ἀναδείκνυσθαι ἐκδυσωποῦντες, ἀξιωθείημεν τῶν ἐξαιτουμένων οἰκτιρμοῖς καὶ χάριτι τοῦ μεγάλου καὶ πρώτου ἀρχιερέως Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν, πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. ἀμήν.

Leoni Lalondio; ac præterea si quis supradictis impietate similis, in quocumque Cleri Catalogo aut dignitate aut officio reperiatur; iis omnibus in impietate manentibus, anathema. Theodoto, Antonio & Joanni, qui sibi mutuo mala communicarunt, & impietatem alter ab altero successione quadam acceperunt, anathema.

Gerontio qui ex Lampe quidem venit, in Creta autem exsecrandæ hæresis suæ virus evomuit, & captum semetipsum revocavit ad eversionem (heu!) salutaris œconomiæ Christi, cum perversis ejus dogmatibus & scriptis & asseclis ejus, anathema. Omnibus hæreticis anathema.

Multos annos Imperatoribus apprecamur. Christophori, Theodori, Agapii, Joannis, Nicolai, Heliæ, Theodori & Basilii, venerabilium Patriarcharum Antiochenorum, æterna memoria. Sancta Trinitas ipsos glorificavit.

Horum pro pietate usque ad mortem præliis, certaminibus & doctrina nos instituí ac roborari Deo supplicantes, ac eorum divinæ conversationis usque ad finem imitatores exhiberi rogantes, optata assequi mereamur miseratione & gratia magni & primi sacerdotum principis Christi veri Dei nostri, intercessionibus gloriosissimæ Dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, divinorum Angelorum, & omnium Sanctorum. Amen.

Anno 482. sub Imperatore Michaële & Theodora matre ejus, Methodio Patriarcha, celebratur Synodus C. P. ubi confirmatum est Synodi Nicænæ II. decretum. Hujus porro Synodi anniversaria dies apud Græcos celebrata est Dominicâ 2. Quadragesimæ, quæ Græcis prima dicitur. Sicque desiit Iconoclastarum hæresis post annos circiter 120. quam incœperat. Hæc Dominica vocatur a Græcis τῆς ὀρθοδοξίας. Vide Jacobi Gretseri observationes in Georgii Codini Librum de officiis magnæ Ecclesiæ & aulæ Constantinopolitanæ, lib. 3. cap. 8.

CODEX XXXV. olim XXXVIII. membranaceus, XII. vel XIII. sæculi, constans foliis 143. Collectio Canonum ut in Codice præcedenti, additis in fine Gregorii Naz. carminibus & Amphilochii Iambis; Epistola Gennadii cum subscriptionibus 98. Ibidem quoque Canonum syntagma olim præmissum fuerat: nunc prioribus titulis deficientibus tertius decimus tantum & quartus decimus supersunt, præeunte duodecimi postrema parte.

Ad calcem fol. 134. additæ sunt Justiniani Constitutiones aliquot, quarum prima initio caret abscissis quibusdam foliis.

CODEX XXXVI. olim CCCV. membranaceus, XIV. circiter sæculi, constat foliis 312. Fuit olim Catechumenorum Lauræ S. Athanasii in monte Atho, ut in fine scribitur. In his continentur Expositio omnium sanctorum Conciliorum secundum ordinem temporum, & duplex syntagma Canonum, alterum brevius ut Cod. XXXIV. alterum fusius, in quo Canones civiles ad unumquodque caput pertinentes non indicantur solum, sed integri afferuntur.

Fol. 307. Acta cujusdam Synodi Constantinopoli congregatæ sub Alexio Comneno, ut tolleretur offendiculum.

Epiſtola a Leone Chalcedonenſi Metropolita ſcripta ad Nicolaum Epiſcopum Adrianopoleos, cujus titulus: *τὸ σημείωμα τὸ γεγονὸς ἐπὶ τῇ προβάσει ἑνώσεως τῆς συνόδου καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀπὸ Χαλκηδόνος Λέοντος καὶ εὐσεβεῖ ἀποφάσει περὶ τῆς προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων παρὰ τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυρίου Αλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ τοῦ... καὶ ἐπ' εὐσεβείᾳ θεοῦ χάριτι διαλάμψαντος.* Initium autem: *γραφὴ πρὸς τὸν Αδριανουπολίτην Νικόλαον πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ χρηματίσαντος Μητροπολίτου Χαλκηδόνος Λέοντος πρὸς τοῖς ἄλλοις* (ſic) *παρ' ὅσοις ἐγένετο, ἔφθασεν ἐλθεῖν καὶ πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα* &c.

Fol. ult. Canon quidam *ἀνεπίγραφος*, quomodo in mulierum Monaſteriis ſe gerere debeant ſacerdos & diaconus qui ibidem ſacra adminiſtrant, & de Monialium ſtricta clauſura: & Canon alter Nicephori Patriarchæ C. P. de jejunio Monachorum. In fine additur: *ἀνατρέπει δὲ καὶ οὗτος ὁ κανὼν τοῦ Ιακώβου τὸ δόγμα καὶ τὴν τῶν Τετραδιτῶν αἵρεσιν.*

Hic Codex fuit olim Lauræ S. Athanaſii in monte Atho, ut docet nota initio & in fine ſcripta, *βιβλίον τῶν κατηχουμένων τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Αθανασίου.*

Altera nota: *ἔχει ἡ βίβλος αὕτη φύλλα τριακόσια δύο, κομποθήλυκα ἑπτά, ἀμυγδάλια ὀκτώ, βύλας* (l. *βύλλας*) *στρογγύλας δέκα ἑπτά, καὶ ἑτέραν βύλλαν μεγάλην μίαν.* Hîc erratur in numero foliorum quæ dicuntur eſſe 302. ſuntque 312. Bullæ quæ dicuntur eſſe ſeptemdecim præter unam majorem, ſunt foramina quædam in membranis occurrentia, ut plurimum rotunda bullarum more. Quid ſint *κομποθήλυκα* & *ἀμυγδάλια* ignoro. In aliis Codicibus ſimiles notas reperi.

Opuſcula ſupra memorata, quæ nondum publicata fuerunt, hîc edere viſum eſt.

---

## *EX CODICE XXXVI. Fol.* 307.

*Τὸ σημείωμα τὸ γεγονὸς ἐπὶ τῇ προβάσει ἑνώσεως τῆς συνόδου καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀπὸ Χαλκηδόνος Λέοντος καὶ εὐσεβεῖ ἀποφάσει περὶ τῆς προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων παρὰ τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Αλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ καὶ ἐπ' εὐσεβείᾳ θεοῦ χάριτι διαλάμψαντος.*

Γραφὴ πρὸς τὸν Αδριανουπολίτην Νικόλαον πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ χρηματίσαντος μητροπολίτου Χαλκηδόνος Λέοντος, πρὸς τοῖς ἄλλοις παρ' ὅσοις ἐγένετο, ἔφθασεν ἐλθεῖν καὶ πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα. καὶ ἀναγνωσθεῖσα εὑρέθη ἔχουσα περὶ τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκυνήσεως πολλὰ ἐναντιώματα τῆς τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίας. καὶ ἀμφιβολίας διὰ ταῦτα ἐμπεσούσης, ἡ γαληνότης αὐτοῦ μὴ ἀνεχομένη τοὺς εὑρίσκοντας αὐτὴν καὶ ἀναγινώσκοντας σκανδαλίζεσθαι καὶ τοῦ εὐθέος ἐκτρέπεσθαι, εὐδόκησεν ἀθροισθῆναι τὴν συγκλητικὴν βουλὴν, τὴν ἀρχιερατικὴν ἁγιότητα, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν ὁμήγυριν, παρεῖναι δὲ καὶ τὸν τῆς γραφῆς αἴτιον, καὶ οὕτω πᾶσαν ἀμφιβολίαν λυθῆναι. κατὰ γοῦν ταῦτα ἀθροισθέντων ἀπὸ μὲν συγκλήτου βουλῆς, τοῦ πρωτοσεβαστοῦ καὶ μεγάλου Δομεστίκου, τοῦ σεβαστοῦ καὶ πρωτοστράτορος κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα, τοῦ σεβαστοῦ καὶ μεγάλου Δουκὸς κυροῦ Ιωάννου τοῦ Δούκα, τοῦ σεβαστοῦ κυροῦ Γεωργίου τοῦ Παλαιολόγου, τοῦ σεβαστοῦ κυροῦ Ιωάννου τοῦ Ταρωνίτου, τοῦ σεβαστοῦ καὶ λογοθέτου κυ-

*Decretum editum circa unionem Synodi cum Leone Chalcedonenſi, & circa piam ſententiam de adoratione ſanctarum Imaginum, ab optimo & ſancto Imperatore noſtro Domino Alexio Comneno, qui per Dei gratiam pietate conſpicuus fuit.*

Reſcriptum ad Nicolaum Adrianopolitanum miſſum a Leone qui dicitur Metropolita Chalcedonis, præter alios in quorum manus venit, delatum eſt etiam ad potentem & ſanctum Imperatorem noſtrum. Et poſtquam lectum fuiſſet, deprehenſum eſt multa habere circa ſanctarum Imaginum adorationem, ſanctorum Patrum doctrinæ contraria. Qua de re obortâ diſputatione, ſerenitas ejus cum non pateretur eos qui id repeririſſent & legiſſent in offendiculum cadere, & a recta ſententia averti, juſſit congregari Senatum, ſanctum Epiſcopalem ordinem, & Monachorum cœtum, adeſſeque auctorem reſcripti, ſicque ſedari controverſiam. Ad hunc modum congregatis ex ſenatu, Protoſebaſto & magno Domeſtico, ſebaſto & Protoſtratore Domno Michaële Duca, ſebaſto & magno duce Domno Joanne Duca, ſebaſto Domno Georgio Palæologo, ſebaſto Domno Joanne Taronita, ſebaſto & logotheta Domno Michaële, ſebaſto Domno Conſtantino Maniace, Marino ſebaſto Neapolitano,

-ρου Μιχαὴλ, τοῦ σεβαστοῦ κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Μανιάκη, Μαρίνου σεβαστοῦ τοῦ Νεαπολίτου, Κωνσταντίνου σεβαστοῦ τοῦ Οὐμπέρτου, Μανουὴλ πρωτονωβελλισίμου καὶ ἐπὶ τοῦ χαμικλείου τοῦ Φιλοκάλου, Μιχαὴλ νωβελλισίμου μυστικοῦ καὶ ἐπάρχου, Ἀνδρονίκου πρωτονωβελλισίμου καὶ λογοθέτου τοῦ δρόμου τοῦ Σκληροῦ, Ἰσαακίου πρωτονωβελλισίμου τοῦ Κοντοστεφάνου, Στεφάνου πρωτονωβελλισίμου τοῦ αὐταδέλφου αὐτοῦ, Γεωργίου πρωτονωβελλισίμου τοῦ Παλαιολόγου, Βάρδα Νωβελλισίμου τοῦ Ἰκανάτου, Μιχαὴλ νωβελλισίμου τοῦ Δαλματινοῦ, Ἰωάννου πρωτοκουροπαλάτου καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων τοῦ Ταρωνίτου, Μιχαὴλ πρωτοκουροπαλάτου τοῦ Βαρέος, Κωνσταντίνου πρωτοκουροπαλάτου τοῦ Κατακαλὼν, Νικολάου πρωτοπροέδρου τῆς συγκλήτου καὶ μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς Βίγλας τοῦ Μερμεντόλου, Ῥωμανοῦ Κουροπαλάτου τοῦ υἱοῦ τοῦ Παλαιολόγου, Ἰωάννου κουροπαλάτου τοῦ Συναδηνοῦ, Κωνσταντίνου κουροπαλάτου καὶ μεγάλου ἑταιρειάρχου τοῦ Ἀντιόχου, τοῦ κουροπαλάτου Εὐθυμίου καὶ κριτοῦ, Μιχαὴλ κουροπαλάτου τοῦ Σκληροῦ, Κωνσταντίνου κουροπαλάτου τοῦ Ἰασίτου, Κωνσταντίνου κουροπαλάτου τοῦ χοιροσφακέλου, Ταϊκίου πρωτοπροέδρου καὶ μεγάλου πριμικηρίου τῶν ἔσω βεστιαριτῶν.... τοῦ υἱοῦ τοῦ Ταρχανειώτου, Θεοδώρου πρωτοπροέδρου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Σμυρναίου, Γεωργίου πρωτοπροέδρου τοῦ Μαγγάνη, Γεωργίου πρωτοπροέδρου τοῦ Βασιλάκη, Κωνσταντίνου πρωτοπροέδρου τοῦ Ὤπου, Νικήτα πρωτοπροέδρου τοῦ Κασταμονίτου, Ἰωάννου προέδρου καὶ γραμματικοῦ, Βασιλείου προέδρου τοῦ Μαίρου, Μιχαὴλ προέδρου καὶ κριτοῦ Ἱπποδρόμου τοῦ Αὐτωρειανοῦ, Γρηγορίου προέδρου τοῦ Ἀρισηνοῦ, Γεωργίου προέδρου τοῦ Πυῤῥοῦ,

Constantino Umberto sebasto, Manuele Philocalo protonobilissimo qui erat super caniculum seu atramentarium, Michaële nobilissimo Mystico & Eparcho, Andronico protonobilissimo & logotheta dromi sive cursûs Scleri, Isaacio protonobilissimo Contostephano, Stephano protonobilissimo fratre ejus, Georgio protonobilissimo Palæologo, Barda nobilissimo Icanato, Michaële nobilissimo Damateno, Joanne Taronita protocuropalata & super supplicationibus, Michaële Bary protocuropalata, Constantino Catacalone protocuropalata, Nicolao Mermentolo protoproëdro Senatûs & magno Drungario Vigiliæ, Romano Curopalata Palæologi filio, Joanne Synadeno, Curopalata, Constantino Curopolata & magno Hetæriarchâ Antiochi, Euthymio Curopalata & judice, Michaële Curopalata Scleri, Constantino Curopalata Jasitæ, Constantino Curopalata Chœrosphaceli, Taricio protoproëdro, & magno primicerio Vestiaritarum interiorum... filio Tarchaniotæ, Theodoro Smyrnæo protoproëdro & consule Philosophorum, Georgio protoproëdro Mangane, Georgio protoproëdro Basilacæ, Constantino protoproëdro Opi, Niceta protoproëdro Castamonitæ, Joanne proëdro & grammatico, Basilio proëdro Mæri, Michaële Autoriano proëdro & judice Hippodromi, Gregorio proëdro Aristeni, Georgio proëdro Pyrrhi, Michaële proëdro & primicerio Vestiaritarum exteriorum Antiochi, Eustathio Camytze proëdro & chartulario stabuli, Basilio rectore & Papia Blachernarum, Joanne scutariate rectore, Theodoro rectore Pepagomeni, Leone vestarcho & grammatico, Michaële opheomacho vestarcho:

Μιχαὴλ προέδρου καὶ πριμικηρίου τῶν ἔξω βεστιαριτῶν τοῦ Ἀντιόχου, Εὐσταθίου προέδρου καὶ χαρτουλαρίου τοῦ σταύλου τοῦ Καμύτζη, Βασιλείου Ῥαίκτωρος καὶ παπίου τῶν Βλαχερνῶν, Ἰωάννου Ῥαίκτωρος τοῦ σκουταρεάτου, Θεοδώρου Ῥαίκτωρος τοῦ Πεπαγωμένου, Λέοντος βεστάρχου καὶ γραμματικοῦ, Μιχαὴλ βεστάρχου καὶ γραμματικοῦ τοῦ ὀφεωμάχου.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρχιερατικοῦ καταλόγου θεοφιλεστάτων Μητροπολιτῶν, Κοσμᾶ Καισαρείας Καππαδοκίας τοῦ πρωτοθρόνου, Κωνσταντίνου Νικομηδείας, Ἰωάννου Σίδης, Κωνσταντίνου Τυανέων, Νικηφόρου Γάγγρας, Θεοδούλου Θεσσαλονίκης, Ἰωάννου Κλαυδιουπόλεως, Γρηγορίου Νεοκαισαρείας, Μιχαὴλ Λαοδικείας, Εὐσταθίου Ἰκονίου, Νικήτα Συνάδων, Σεργίου Κορίνθου, Νικήτα Ἀθηνῶν, Πέτρου Πατρῶν, Βασιλείου Λαρίσσης, Νικήτα Μιτυλήνης, Βασιλείου Εὐχαΐτων, Μιχαὴλ Πομπηϊουπόλεως, Μιχαὴλ Αἴνου, Νικολάου Κερκύρας, τοῦ αὐτοκεφάλου ἀρχιεπισκόπου τῆς Κυπρίων νήσου, καὶ ἑτέρων ἀρχιεπισκόπων τῶν ὑποκειμένων τῷ θρόνῳ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, Λέοντος Βιζύης, Ἰωάννου Καραβιζύης, Θεοδώρου Χερσῶνος, καὶ ἐπισκόπων τῶν ὑπὸ τὸν θρόνον τελούντων τοῦ κυροῦ τοῦ Κύπρου ἀρ-

Ex Catalogo Archiepiscopali, religiosissimorum Metropolitarum, Cosma Cæsareæ Cappadociæ protothrono sive primate, Constantino Nicomediæ, Joanne Sides, Constantino Tyanorum, Nicephoro Gangræ, Theodulo Thessalonicæ, Joanne Claudiopolis, Gregorio Neocæsareæ, Michaële Laodiceæ, Eustathio Iconii, Niceta Synadorum, Sergio Corinthi, Niceta Athenarum, Petro Patrarum, Basilio Larissæ, Niceta Mitylenæ, Basilio Euchaïtarum, Michaële Pompeïopolis, Michaële Æni, Nicolao Corcyræ, Archiepiscopo primate Cypri insulæ, & aliis Archiepiscopis subditis throno sanctissimi & œcumenici Patriarchæ, Leone Bizyes, Joanne Carabizyes, Theodoro Chersonis, & Episcopis qui sunt sub throno Archiepiscopi Cyprii; & ab Ecclesiastica plenitudine seu ordine, Nicephoro Diacono olim Chartophylace, Petro

χιεπισκόπου· καὶ ἀπὸ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ πληρώματος, Νικηφόρου διακόνου τοῦ γεγονότος χαρτοφύλακος, Πέτρου διακόνου καὶ χαρτοφύλακος, Νικήτα διακόνου καὶ ῥεφερενδαρίου, Βασιλείου διακόνου καὶ ὑπομνηματογράφου, Εὐσταθίου διακόνου καὶ διδασκάλου, Ἰωάννου τοῦ Μεσταξᾶ, Εὐφημιανοῦ τοῦ πριμικηρίου τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων, Θεοφάνους, Νικήτα, Νικηφόρου, Λέοντος, καὶ Νικήτα τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων·

Ἀπὸ δὲ τοῦ μοναχικοῦ συλλόγου, Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου, τοῦ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Διομήδους Ἀθανασίου τοῦ πανοσιωτάτου, Ἰωάννου τοῦ καθηγουμένου τῆς τοῦ Πολυελέου μονῆς τοῦ ἐπὶ τοῦ κυνικλείου, Γεωργίου καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἀκαταλήπτου σωτῆρος τῆς κατὰ τὴν Κάμαριν, Ἰωάννου τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Τροπαιοφόρου τῶν Μαγγάνων, τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Οἰκοπροτέρου, τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Λαζάρου, Συμεὼν τοῦ ἐγκλείστου τῆς μονῆς τοῦ κυροῦ Φιλοθέου, Κυρίλλου τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόβου, Τάραχου καὶ Ἀνδρονίκου, τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Πρασιαίου, Ἰωαννικίου τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τῶν ὁδηγῶν, τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Μωκίου, Λουκᾶ τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Φωκᾶ, τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Πτερυγίου, τοῦ καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Ἀτταλειάτου, καὶ πλήθους ἑτέρου μοναχῶν ἱκανοῦ ἐκ διαφόρων μοναστηρίων.

Τούτων οὖν πάντων ἀθροισθέντων ἐν τῷ νεουργηθέντι μεγάλῳ τρικλινίῳ τῶν Βλαχερνῶν, καὶ τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ παρακαθημένῳ παρισταμένων, μόνων συνεδριαζόντων αὐτῷ τοῦ τε πανευτυχεστάτου σεβαστοκράτορος καὶ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν τοῦ τε Κωνσταντινουπόλεως κυροῦ Νικολάου, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων κυροῦ Συμεών· ἡ γαληνιος καὶ εἰρηνικωτάτη αὐτοῦ βασιλεία θεάρεστόν τι καὶ βασιλικὸν ὡς ἔστι προδιασκεψαμένη, εἰς ἔργον δὴ τοῦτο καὶ ἀπεξήγαγεν. πρὸ γὰρ τοῦ τὴν ὑπόθεσιν ὅλως προτεθῆναι εἰς μέσον, τὰς τῶν συνεληλυθότων ἁπάντων ἡμερῶσαι καὶ εἰρηνεῦσαι ψυχὰς ἐθέλουσα, καὶ παντελῶς ἀπαλεῖψαι εἴπου καρδίᾳ τινὸς ἐμφωλεύει ἴχνος τι κακίας καὶ ἀνθρωπίνου φρονήματος ἢ θελήματος, καὶ οὕτω ποιήσασθαι τοῦ ζητήματος καὶ τὴν ἐξέτασιν· εὐθὺς ὄρθιος ἔστη καὶ πρὸς τὸ ὅλον ἄθροισμα ἐν σχήματι ταπεινῷ ἀποβλέψασα ἱλαρῷ τῷ βλέμματι καὶ συντετριμμένῃ καὶ πάθους παντὸς ἐλευθέρᾳ καρδίᾳ, παρακλητικῶς τε ὁμοῦ καὶ παραινετικῶς εἰς ἐπήκοον πάντων ἐξεφώνησεν.

Δεσπόται μου καὶ πατέρες καὶ οἱ τῶν συγκλητικῶν λογιώτεροι, ἐγὼ μὲν ὡς καὶ ὑμεῖς οἴδατε καὶ πρότερον διηνεκῶς ταῖς στρατιωτικαῖς καὶ δημοσιακαῖς καὶ κοιναῖς φροντίσιν ἐνασχολούμενος, καὶ πρὸς τὰς τῶν κοινῶν

tro Diacono & Chartophylace, Niceta Diacono & Referendario, Basilio Diacono & a commentariis, Eustathio Diacono & doctore, Joanne Mestaxa, Euphemiano Primicerio Patriarchalium Notariorum, Theophane, Niceta, Nicephoro, Leone, & Niceta Patriarchalibus Notariis:

Ex Monastico cœtu, Joanne Monacho & Cathegumeno Monasterii Studii, sanctissimo Athanasio Hegumeno Monasterii sancti Diomedis, Joanne Cathegumeno Monasterii Polyelei qui est super Caniculum, Georgio Cathegumeno Monasterii Acatalepti sive incomprehensibilis Salvatoris quod est in Camari, Joanne Cathegumeno Monasterii Tropæa gestantis Manganorum, Cathegumeno Monasterii Oecoproteri, Cathegumeno Monasterii sancti Lazari, Simeone incluso Monasterii Domini Philothei, Cyrillo Cathegumeno Monasterii sanctorum Martyrum Probi, Tarachi, & Andronici, Cathegumeno Monasterii Prasiani, Joannicio Cathegumeno Monasterii Hodegorum, Cathegumeno Monasterii sancti Mocii, Luca Cathegumeno Monasterii sancti Phocæ, Cathegumeno Monasterii Pterygii, Cathegumeno Monasterii Attaliatæ; aliaque Monachorum multitudine magna ex diversis Monasteriis.

His itaque omnibus congregatis in magno Triclinio Blachernarum recens exstructo, & adstantibus coram potente & sancto Imperatore nostro, assidentibus ipsi solis felicissimo Sebastocratore & sanctissimis Patriarchis Domno Nicolao Constantinopolitano, & Domno Symeone Hierosolymitano; serenissima & pacis studiosissima ejus Majestas, cum rem Deo placitam & vere regiam præstituisset, ipsam ad effectum eduxit. Nam prius quam res quæ agebatur produceretur in medium, cum vellet Imperator omnium animos tranquille & pacifice se habere, & si quod vestigium malignitatis aut humani sensûs & voluntatis in cujuspiam corde lateret, id vellet penitus abolere, & postea ad quæstionis examen venire; statim surrexit humili more totum cœtum respiciens, hilari aspectu, corde contrito & ab omni affectu libero, rogantis simul & hortantis modo hæc omnibus audientibus loquutus est.

Domini & patres mei, & ex Senatu quotquot eruditiores estis, ego quidem ut probe nostis jam pridem bellicis, popularibus & communibus curis detentus, & ad communes inimicos propulsandos semper prom-

ἐχθροῖς ἀντιπαρατάξεις ἀεὶ παρασκευαζόμενος, καὶ νῦν δὲ πρὸς ἐκστρατείαν διὰ τὸ ἐπιστῆναι ἤδη τὸν αὐτῆς καιρὸν ἐπειγόμενος, καὶ μὴ πρὸς ἄλλο τι ἑαυτὸν ἀπασχολῆσαι δυνάμενος· ἐβουλόμην τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὸ πολυάσχολον τῶν κοινῶν πραγμάτων ὡς εἴρηται, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὸ εὐχερὲς καὶ εὐδιάλυτον τοῦ προκειμένου ζητήματος, μόνοις ὑμῖν τοῖς τοῦ θεοῦ ἀρχιερεῦσιν ὡς σοφοῖς οὖσι τὰ θεῖα θεοῦ χάριτι, τὴν περὶ τούτου ἀναθεῖναι διάσκεψιν καὶ διάλυσιν. ἀναμφίβολον γὰρ καὶ δοκεῖ καὶ ἔστι τοῦτο, κἂν τισιν ἁπλουστέροις ἐκ τῆς τοῦ ἀπὸ Χαλκηδόνος ἐπιστολῆς ἀμφιβολίαν οὐ μικρὰν ἤγειρεν. ἀναλογισάμενος δὲ πάλιν ὅσον καὶ οἷον ἀγαθόν ἐστιν ἡ ἀληθινὴ καὶ ὀρθόδοξος καὶ ἀμώμητος πίστις ἡμῶν, καὶ οἷον τὸ κέρδος τῆς ταύτης ἀντέχεσθαί τε καὶ προΐστασθαι· καὶ ταύτην ἐκ κοιλίας μητρὸς ποιούμενος ἐμαυτοῦ ἐντρύφημα, καλλώπισμα, καύχημα, στήριγμα, καὶ κατὰ τῶν ἀοράτων καὶ ὁρατῶν ἐχθρῶν ὅπλον ἀκαταμάχητον· καὶ μὴ ἀνεχόμενος μικρὸν ἢ μέγα τι ῥῆμα τῶν τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἡμῶν δεδογμένων παραλλαγῆναι, ἢ τῇ τούτων διδασκαλίᾳ ἀλλότριόν τι παρεισπαρῆναι, ἢ παρερμηνευθῆναι, ἢ παρά τινος τῶν χριστιανῶν νεοφανές τι ἐναντίον δόγμα ἢ κήρυγμα δεχθῆναι τὸ σύνολον· τῶν μὲν ἄλλων πάντων ἐπιλαθόμην παντάπασι, δεύτερα τῆς προκειμένης ἡγούμενος ὑποθέσεως, ὅλον δὲ ἐμαυτὸν εἰς τὴν ταύτης ὁλοσχερῆ ἀπησχόλησα ζήτησιν, θελήσας καὶ αὐτὸς κοινωνὸς ὑμῖν καὶ συμμερίτης γενέσθαι καὶ τοῦ κόπου καὶ τοῦ μισθοῦ· καὶ δὴ πρὸ πάντων παρακαλῶ ὑμᾶς ἀποθέσθαι θυμόν, φθόνον, μῖσος παλαιὸν ἢ καὶ νέον, καὶ κακίαν ἅπασαν πόρρω ποι ἀπελάσαι τῶν ψυχῶν ὑμῶν· καὶ μὴ ἐριστικῶς καὶ φιλονείκως, ἀλλὰ λογικῶς καὶ φιλανθρώπως, μὴ μετὰ προσωποληψίας καὶ τῆς ματαίας οἰήσεως ἢ μετά τινος ἄλλου ἀνθρωπίνου θελήματος, ἀλλὰ μετὰ πάσης πρᾳότητος καὶ ἱλαρότητος, καὶ γνώμης ἐλευθέρας καὶ ἀπαθοῦς, καὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας ποιήσασθαι τοῦ πράγματος τὴν διάγνωσιν, τὸν τοῦ θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, καὶ αὐτὸν παρεστάναι ἐνώπιον ὑμῶν βλέποντας. ἀλλὰ μηδὲ φιλίαν ἀνθρωπίνην τῆς ἀληθείας προτιμήσωμεν, μὴ δὲ διὰ πάθος ἀνθρώπινον προδῶμεν τὴν ἀλήθειαν, ἢ καλύψωμεν ἢ παραδράμωμεν. οὐ γὰρ περὶ χρημάτων ἢ κτημάτων, ἢ τινος τῶν κάτω καὶ φθειρομένων ἡ ζήτησις, ἀδελφοί, ἀλλὰ περὶ πίστεως καὶ ὀρθοδόξου ἡμῶν δόγματος ἡ σπουδή· ὧν ἀμετακινήτων καὶ ἀπαρασαλεύτων μενόντων παρ' ἡμῖν θεοῦ χάριτι, τὸ κέρδος πάντως ἀσύγκριτον καὶ ἡ ὠφέλεια ἀνεκλάλητος, ὥσπερ πάλιν τῶν ἀποτυγχανόντων ἢ κατά τι παρακεκινημένων ὁ κίνδυνος καὶ ἀφόρητος καὶ ἀδιήγητος.

Ταῦτα τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου πατρικῶς ἅμα καὶ παραινετικῶς προαναφωνήσαντος, εὐθὺς ἅπαν τὸ τῶν συνεληλυθότων πλῆθος ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ παρα-

tus, nunc autem instante tempore ad militarem expeditionem paratus, ita ut nulli alteri negotio vacare possim; volebam tum propter gravissimas rerum publicarum sollicitudines, ut dictum est, tum quod hujus quæstionis solutio facilis expeditaque sit, vobis solis summis Sacerdotibus utpote qui per Dei gratiam in divinis sapientes sitis, illius examen & solutionem committere. Siquidem res omni prorsus difficultate vacat, etiamsi Chalcedonensis Archiepiscopi epistola non modicam apud simpliciores dubitationem excitaverit. At subinde mecum reputans, quantum & quale bonum sit vera, orthodoxa & immaculata fides nostra, & cujusmodi lucrum sit eam custodire eique patrocinari; cum eam ab utero matris meæ mihi fecerim gaudium, decorem, gloriam, fulcimentum, & inexpugnabilem contra visibiles & invisibiles inimicos armaturam; nec patiar quidpiam parvi aut magni in decretis Patrum nostrorum mutari, aut in eorum doctrina aliquid alienum inseri, vel eam perperam explicari aut a Christianorum quolibet novam & contrariam doctrinam vel prædicationem omnino suscipi: cætera omnia penitus oblitus sum, eaque præsenti negotio postponenda duxi, totamque meam sollicitudinem in hujus quæstionis disquisitionem converti, eo animo ut vobiscum laboris ac præmii consors sim. Præ omnibus autem rogo deponatis iram, invidiam, odium seu vetus seu recens, & malitiam omnem procul animis vestris abigatis; non litigiose aut contentiose sed rationabiliter & humaniter, non cum personarum acceptione vel vana existimatione aut alio quopiam vano affectu, sed cum omni mansuetudine & hilaritate, cum sententia libera nulli affectui obnoxia, cum pace & consensu rei disquisitionem faciatis, Dei timorem præ oculis habentes, ipsumque Deum in conspectu vestro stantem aspiciatis. Sed ne amicitiam humanam veritati anteponamus, neve ob humanum affectum veritatem despiciamus, aut operiamus aut prætermittamus. Non enim de pecuniis aut possessionibus, aut quapiam rerum inferiorum & incorruptibilium quæstio est, fratres, sed de fide & orthodoxa doctrina nobis sollicitudo est; quibus immotis & inconcussis apud nos per Dei gratiam manentibus, lucrum sane incomparabile & ineffabilis utilitas aderit; contra vero excidentibus vel in quopiam mutatis, intolerabile inenarrabileque periculum sequetur.

Hæc cum sanctus Imperator noster paterno hortatorioque more præfatus esset, statim omnis coëuntium cœtus ejus commonitionibus hortationibusque compunctus

κλητικοῖς καὶ νουθετικοῖς λόγοις καὶ συμπεισθέντες καὶ ἀρεσθέντες, καὶ ὑπερευχαριστήσαντες τῷ θεῷ καὶ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ὑπέσχοντο ἐλευθέρᾳ καὶ ἀδεκάστῳ καὶ ψυχῇ καὶ γνώμῃ ποιήσασθαι τὴν ἐξέτασιν τῆς ὑποθέσεως, καὶ ὡς τοῦ θεοῦ βλέποντος δοκιμάσαι τὰ τοῦ ζητήματος. ἐπὶ τούτοις εὐχαριστήσας καὶ ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ὁ ἅγιος, ἐπιστραφεὶς πάλιν πρὸς τοὺς ἁγιωτάτους πατριάρχας καὶ τὴν παρατυχοῦσαν ἱερωτάτην σύνοδον ἔφησε· παρακαλῶ καὶ τοῦτο, δεσπόται μου, ἵνα γένηται πρότερον παρ' ἡμῶν πρὸς θεὸν ἔντευξις περὶ τῆς τοῦ προκειμένου διαλύσεως, καὶ εἶθ' οὕτως ἵνα ἀπαρξώμεθα τῆς ζητήσεως, ταῖς ἁγίαις ὑμῶν εὐχαῖς ἑαυτοὺς ὀχυρώσαντες. γέγονε δὲ καὶ τοῦτο. καὶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τὴν συνήθη εὐχὴν ἐκτελέσαντος, εὐθὺς καὶ ὁ ἀπὸ Χαλκηδόνος μετάκλητος γέγονε· καὶ στάντος ἐν τῷ μέσῳ αὐτοῦ, ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ὁ ἅγιος ἱλαρῶς τε καὶ πρᾳοτικῶς πρὸς αὐτὸν ἀπιδὼν τοιαῦτα ἐφθέγξατο. παρακαλῶ καὶ σε, κῦρ Λέον, ἵνα τὸν τοῦ θεοῦ φόβον λάβῃς ἐπὶ λογισμόν· καὶ εἴπερ νοεῖς ἐν ἑαυτῷ ὡς δι' ἀνθρώπινόν τι πάθος ἢ δι' ἔριν τινὰ ἢ ἄκαιρον ἔνστασιν τὸ τοιοῦτον παρὰ σοῦ ἐξετέθη ἔγγρα[μμα], μὴ θελήσῃς ἀνωφελῶς οὕτως καὶ μάτην ἐνίστασθαι, καὶ ζητεῖν ἕως τέλους τῷ οἰκείῳ ἐμμένειν θελήματι καὶ συγγράμματι διαγινωσκομένῳ παρὰ πάντων ἐναντίως ἔχειν, καὶ τὰ φανερῶς τῆς θείας διδασκαλίας ἀντιβαίνοντα ἐκδικεῖν. τοῦτο γὰρ οὔτε ἀνδρὸς συνετοῦ ἢ χριστιανοῦ καθέστηκεν ἴδιον. ἤκουσε καὶ αὐτὸς ταῦτα, καὶ ὑπέσχετο μετὰ πάσης ἐλευθερίας καὶ καθαρᾶς ψυχῆς ἀπολογήσασθαι, καὶ ἀποβαλέσθαι εἴπερ ἂν προσιστάμενον φανείη τῇ θείᾳ τῶν πατέρων τῶν ἁγίων διδασκαλίᾳ. ταῦτα τούτου ὑποσχομένου, προστάττει ὁ κράτιστος καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς καὶ αὐτὸν τῷ μητροπολίτῃ Εὐχαΐτων διαλλαγῆναι πρὸς τὸν ῥηθέντα ἀπὸ Χαλκηδόνος, καὶ ἄπαν λείψανον μνησικακίας τῆς ἰδίας ἀπαλεῖψαι παντελῶς ψυχῆς· ὃ δὴ καὶ ἄμφω ποιήσαντες καὶ ἀλλήλοις συγχωρήσαντες, ἀδελφικῶς καὶ ἀλλήλους ἠσπάσαντο. ἀλλὰ καὶ τῆς λοιπῆς ἀρχιερατικῆς ὁμηγύρεως ὁμοίως συγχώρησιν πρὸς αὐτὸν μετὰ καλλίστης ποιησαμένης προαιρέσεως, οὕτως ἀπήρξατο τὰ τῆς ὑποθέσεως. ἀνεγνώσθη γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐπ' ἄμβωνος κατὰ τὴν κυριακὴν τῆς ὀρθοδοξίας ἀναγινωσκομένου συνοδικοῦ τῆς ἑβδόμης συνόδου ἡ περὶ τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκυνήσεως ῥῆσις, ἐν ἐπηκόῳ τῶν ἀθροισθέντων ὡς εἴρηται, λέγουσα κατὰ λέξιν ταῦτα.

Ὁρίζομεν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ καὶ ἐμμελείᾳ παραπλησίως τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου σταυροῦ ἀνατίθεσθαι τὰς σεπτὰς εἰκόνας, τὰς ἐκ χρωμάτων καὶ ψηφίδων καὶ ἑτέρας ὕλης ἐπιτηδείως ἐχούσας ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις, ἐν ἱεροῖς σκεύεσι καὶ ἐσθῆσι, τοίχοις τε καὶ σανίσιν, οἴκοις τε καὶ ὁδοῖς· τήν τε τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ

iisque acquiescens, gratiasque agens Deo & Majestati ejus; promisit se libero omnisque acceptionis experte animo sententiaque hujus negotii examen facturum, & quasi Deo vidente quæstionis discussionem peracturum esse. Ad hæc gratias agens sanctus Imperator noster, conversus iterum ad sanctissimos Patriarchas & ad præsentem sacratissimamque Synodum: & hoc, inquit, postulo, Domini mei, ut prius Deum precemur pro præsentis negotii solutione, deindeque disquisitionem incipiamus, postquam precibus vestris nos confirmaverimus. Id vero factum est. Et postquam sanctissimus & œcumenicus Patriarcha consuetam orationem absolverat, statim Chalcedonensis præsul accersitus est; ipsumque in medio stantem hilari mansuetoque intuitu sanctus Imperator sic alloquitur. Rogo te, domine Leo, timorem Dei in mente ponas; & si tibi conscius sis, te ob humanum affectum aut contentionem quamdam aut intempestivam occasionem hujusmodi libellum edidisse, ne velis inutiliter & frustra insistere, neu quæras usque ad finem manere in proposito & scripto tuo, quod omnes sciunt secus quam oportet habere, & sententiam divinæ doctrinæ oppositam vindicare. Id enim neque prudentis neque Christiani viri proprium est. His auditis ille pollicitus est se cum omni libertate & animo sincero causam suam defensurum esse, & repudiaturum quidquid divinæ Patrum doctrinæ repugnare videretur. Hæc cum ille promisisset, potens & sanctus Imperator noster præcepit, ut Euchaïtarum Metropolita, & memoratus Chalcedonensis præsul sese mutuo reconciliarent, omnemque injuriæ memoriam prorsus ab animo abjicerent: quod cum fecissent ambo sibique mutuo condonassent, sese fraterne invicem amplexati sunt. Imo etiam cum reliquus Episcoporum cœtus optimo proposito veniam ipsi dedisset, ita cœptum est negotium. Lectum est enim ex Synodico septimæ Synodi, quod in Dominica Orthodoxiæ ex ambone legi solebat, dictum illud in quo de sanctarum Imaginum adoratione agitur, omnibus qui ut dictum est congregati sunt audientibus, cujus hæc verba sunt.

Omni cum diligentia & sollicitudine definitum est, perinde atque figuram honorandæ Crucis ita consecrari debere venerandas imagines, sive ex coloribus, sive ex calculis aut lapillis, sive ex alia quapiam materia apte disposita in sanctis Dei Ecclesiis, in sacris vasis & vestibus, parietibus & tabulis, domibus & viis; nempe imaginem Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Chris-

Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀχράντου ἡμῶν δεσποίνης τῆς ἁγίας θεοτόκου, τῶν τιμίων ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν ὁσίων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν· (ὅσῳ γὰρ δι' εἰκονικῆς ἀνατυπώσεως ὁρῶνται, τοσούτῳ οἱ ταύτας θεώμενοι διανίστανται πρὸς τὴν τῶν πρωτοτύπων μνήμην τε καὶ ἐπιπόθησιν.) καὶ ταύταις ἀσπασμὸν καὶ τιμητικὴν προσκύνησιν ἀπονέμειν, οὐ μὴν τὴν κατὰ πίστιν ἡμῶν λατρείαν τὴν ἀληθινὴν ἢ πρέπει μόνῃ τῇ θείᾳ φύσει, ἀλλ' ὃν τρόπον τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἱεροῖς ἀναθήμασι· καὶ θυμιαμάτων καὶ φώτων προσαγωγὴν πρὸς τὴν τούτων τιμὴν ποιεῖσθαι, καθὼς καὶ τοῖς ἀρχαίοις εὐσεβῶς εἴθισται. ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει· καὶ ὁ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα προσκυνεῖ ἐν αὐτῇ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν ὑπόστασιν. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν πεφανερωμένον καὶ κεκηρυγμένον καὶ ἐγνωσμένον, ὡς διὰ εἰκόνων καὶ ἐν εἰκόσι τιμᾶται ἡ ἀλήθεια καὶ προσκυνεῖται.

Καὶ τούτων ἀναγνωσθέντων ἠρώτησε κοινῶς ἅπαντας ὁ βασιλεὺς ὁ ἅγιος, εἰ οὕτω πάντες φρονοῦσι, καὶ οὐδεὶς κατά τι διαμφιβάλλει. καὶ ἀπεκρίθησαν ἅπαντες μιᾷ φωνῇ, οὕτω φρονεῖν καὶ οὕτω κηρύττειν. καὶ ὁ βασιλεὺς εἰπὼν, δόξα τῷ ἁγίῳ θεῷ, αὖθις ἠρώτησε· σχετικῶς ἢ λατρευτικῶς φατὲ προσκυνεῖν τὴν εἰκόνα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; καὶ εἶπον ἅπαντες· σχετικῶς προσκυνοῦμεν αὐτὴν, ὡς εἰκόνα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἱ δὲ μὴ οὕτω προσκυνοῦντες, ἀνάθεμα. καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκ ψυχῆς ἐξεφώνησεν· οἱ μὴ οὕτω φρονοῦντες, ἀνάθεμα. πάλιν ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς, εἰκόνας ποίας λέγετε, τὰς εἰκονικὰς ὕλας ἢ τὰ ἐν ταύταις φαινόμενα ὁμοιώματα; καὶ εἶπον ἅπαντες, τὰ ὁμοιώματα ἐν ταῖς ὕλαις φαινόμενα. καὶ αὖθις ἠρώτησε· δύναται τὸ ὁμοίωμα τοῦ Χριστοῦ τὸ ἐν τῇ ὕλῃ ὁρώμενον λατρευτικῶς προσκυνεῖσθαι; καὶ εἶπον· οὐχί. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· οὕτως ἔχει ἡ ἀλήθεια, ὡς εἴπατε. εἶπε δὲ ὁ Κλαυδιουπόλεως, ὅτι τινὲς οὐ μετέχειν λέγουσι θείας χάριτος τὰς ἁγίας εἰκόνας. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς μετὰ πάντων· ἀνάθεμα τῷ οὕτως λέγοντι· θείας μὲν γὰρ χάριτος μετέχουσιν αἱ ἁγίαι εἰκόνες, ὁμοφυεῖς δὲ τοῖς πρωτοτύποις οὐκ εἰσί. καὶ πρὸς τοῦτο ὁ Κλαυδιουπόλεως ἐπήγαγεν, οὕτω καὶ αὐτὸν φρονεῖν. εἶπεν ὁ βασιλεύς· ὁ ἐναντιούμενος κατά τι ταῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἑπτὰ συνόδοις, ἢ προσθήκην ἢ ὑφαίρεσιν ποιῶν δόγματος, ἢ τι τῶν ἐν αὐταῖς ὁρισθέντων παρερμηνεύων ἢ ἀποβαλλόμενος, ἀνάθεμα. καὶ εἶπον ἅπαντες, ἀνάθεμα. αὖθις ἠρώτησε· τὸ ἐν τῇ ὕλῃ γραφόμενον ὁμοίωμα τοῦ Χριστοῦ, τοῦτό ἐστιν ἡ θεία φύσις; καὶ εἶπον ἅπαντες· οὐχί· ἡ γὰρ θεία φύσις ἀπερίγραπτος. εἶπεν ὁ βασιλεύς· οὕτως ἔχει ἡ ἀλήθεια, προσθεὶς καὶ τοῦτο· ὅτι ἐγὼ πῶς λέγω καὶ φρονῶ, μὴ ἐναντιοῦσθαι

Christi, immaculatæ Dominæ nostræ & sanctæ Deiparæ, venerabilium Angelorum, & omnium sanctorum virorum; (quanto enim magis per expressam Imaginem conspiciuntur, tanto magis earum spectatores excitantur ad prototyporum memoriam & desiderium:) ipsisque amplexum & adorationis honorem tribui debere; non quidem latriam illam veram quæ secundum fidem nostram soli divinæ naturæ competit; sed qualis debetur figuræ venerandæ ac vivificæ Crucis, sanctis Evangeliis, reliquisque sacris depositis; ac thymiamata luminaque in earum honorem adhibenda esse, quemadmodum & antiquis pio usu assuetum erat. Nam Imaginis honor ad prototypum transit; & qui Imaginem adorat, in ipsa depicti personam adorat. Palam autem est id antecessoribus declaratum, prædicatum & cognitum fuisse, nimirum per Imagines & in Imaginibus veritatem honorari & adorari.

His porro lectis sanctus Imperator omnes simul interrogavit, num omnes ita sentirent, & an quispiam in aliquo dubitaret. Responderunt omnes una voce, se ita sentire, ita prædicare. Imperator vero postquam dixisset, gloria sancto Deo, rursum interrogavit. Relative-ne an latriæ cultu dicitis adorandam esse Imaginem Domini & Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi? Dixerunt omnes, relative adoramus ipsam, ut Imaginem Domini & Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi; iis vero qui non sic adorant, anathema. Tum Imperator ex animi affectu sic vociferatus est: iis qui non ita sentiunt, anathema. Iterum interrogavit Imperator: Imagines quas esse dicitis? an materiam Imaginum, an similitudines in ea repræsentatas? Dixeruntque omnes: similitudines in materia repræsentatas. Denuo interrogavit: potest-ne similitudo Christi quæ in materia conspicitur, latriæ cultu adorari? Responderunt: nequaquam. Dixit Imperator: sic se res habet, ut dixistis. Ait autem Claudiopolis Episcopus: quidam dicunt sanctas Imagines non participare gratiæ divinæ. Dixit Imperator cum omnibus: anathema ei qui ita dixerit; nam sanctæ Imagines gratiæ divinæ participant, sed eamdem naturam non habent quam prototypi. Ad hæc Claudiopolitanus Episcopus subdidit, se quoque ita sentire. Tum Imperator: quisquis sanctis œcumenicisque septem Synodis in re quapiam contradixerit, eisve quidquam dogmatis addiderit aut demserit, aut aliquod ex earum decretis prave interpretatus fuerit vel abjecerit, anathema. Dixeruntque omnes, anathema. Rursum interrogavit: quæ in materia depingitur Imago Christi, natura-ne ejus est? Responderunt omnes: nequaquam; natura quippe divina incircumscripta est. Dixit Imperator: ita vere se res habet. Illudque

ἀλλήλοις τὰ συνοδικὰ δόγματα καὶ κηρύγματα· ὑμῖν οὖν τί δοκεῖ; καὶ εἶπον ἅπαντες, συμφωνεῖν αὐτὰ πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς ἑαυτά. Εἶπεν ὁ βασιλεύς· τὰ ἐπ' ἄμβωνος κηρυττόμενα καὶ ἀναγινωσκόμενα τὸ ἓν κηρύττουσι καὶ οὐκ ἐναντιοῦνται ἀλλήλοις ἔν τινι. ἅπαντες εἶπον· οὕτως ἔχει. καὶ ὁ βασιλεὺς εὐχαριστήσας εἰπών· δόξα τῷ ἁγίῳ θεῷ τῷ οἰκονομήσαντι οὑτωσί, ἅπαντες ὁμοφρονοῦμεν. μετὰ ταῦτα ἀνεγνώσθη κεφάλαιον ἕτερον ἐκ τοῦ συνοδικοῦ τοῦ δευτέρου τῆς ἀναμνήσεως καὶ εὐχαριστίας τοῦ ἀναγινωσκομένου ὁμοίως ἐπ' ἄμβωνος.

hujusque addidit: ego sane dico sentioque synodica dogmata & decreta non sibi invicem adversari. Quid videtur vobis? Dixerunt omnes, ea tum sibi mutuo tum secum ipsa consentire. Dixit Imperator: quæ ex ambone prædicata lectaque sunt, unum & idem prædicant, nec in quopiam sibi mutuo adversantur. Responderunt omnes: ita se habet. Tum Imperator gratias egit his verbis: gratia sancto Deo qui ita providit, omnes consentimus. Post hæc lectum est caput aliud ex Synodico secundo commemorationis & gratiarum actionis, quod ex ambone, ut diximus, legi solebat.

Οἱ προφῆται ὡς εἶδον, οἱ ἀπόστολοι ὡς ἐδίδαξαν, ἡ ἐκκλησία ὡς παρέλαβε, οἱ διδάσκαλοι ὡς ἐδογμάτισαν, ἡ οἰκουμένη ὡς συμπεφρόνηκεν, ἡ χάρις ὡς ἔλαμψεν, ἡ ἀλήθεια ὡς ἀποδέδεικται, τὸ ψεῦδος ὡς ἀπελήλαται, ἡ σοφία ὡς ἐπαρρησιάσατο, ὁ Χριστὸς ὡς ἐβράβευσεν· οὕτω φρονοῦμεν, οὕτω λαλοῦμεν, οὕτω κηρύσσομεν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν καὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ, ἐν λόγοις τιμῶντες, ἐν συγγραφαῖς, ἐν νοήμασιν, ἐν θυσίαις, ἐν ναοῖς, ἐν εἰκονίσμασι· τὸν μὲν ὡς θεὸν καὶ δεσπότην προσκυνοῦντες καὶ λέγοντες, τοὺς δὲ διὰ τὸν κοινὸν δεσπότην καὶ ὡς αὐτοῦ γνησίους θεράποντας τιμῶντες, καὶ τὴν κατὰ σχέσιν προσκύνησιν ἀπονέμοντες.

Prophetæ ut viderunt, Apostoli ut docuerunt, Ecclesia ut accepit, Doctores ut docuerunt, orbis ut una consensit, gratia ut effulsit, veritas ut demonstrata est, mendacium ut expulsum est, sapientia ut fidenter loquuta est, Christus ut præmia distribuit; sic sentimus, sic loquimur, sic prædicamus Christum verum Deum nostrum & sanctos ejus, verbis, scriptis, cogitationibus, sacrificiis, Templis, Imaginibus honorantes; illum quidem ut Deum ac Dominum adorantes & prædicantes, illos vero propter communem Dominum & ut germanos ejus famulos honorantes, & relative ipsis adorationem exhibentes.

Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τούτου, ὁ βασιλεὺς συναγαγὼν τῶν ἀναγνωσθέντων δύο κεφαλαίων τὸν νοῦν εἶπεν· εἰ οἱ ἀπόστολοι ὡς ἐδίδαξαν, οἱ προφῆται ὡς εἶδον, οἱ διδάσκαλοι ὡς ἐδογμάτισαν, ὁ Χριστὸς ὡς ἐβράβευσε, καὶ τὰ λοιπά· οὕτω δεῖ φρονεῖν παραδίδωσιν ἡμῖν τὸ συνοδικόν, καὶ οὐχ ἑτέρως· εὔδηλον, ὅτι κατὰ τὴν τούτου παράδοσιν τοὺς μὲν ἁγίους ὡς θεράποντας Χριστοῦ προσκυνοῦμεν διὰ τὸν Χριστὸν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκείωσιν, τὸν δὲ Χριστὸν ὡς θεὸν καὶ δεσπότην δι' ἑαυτὸν δηλονότι, καὶ οὐ δι' ἕτερον· ὥστε τῶν μὲν ἁγίων τὰς εἰκόνας προσκυνοῦμεν ὡς θεραπόντων Χριστοῦ σχετικῶς δι' αὐτούς, αὐτοὺς δὲ διὰ τὴν αὐτῶν πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην ἡμῶν οἰκείωσιν. ἐπ' αὐτοῦ δὲ Χριστοῦ λατρευτικὴ ἡ προσκύνησις. ὁ προσκυνῶν γὰρ συμπροσκυνεῖ τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἡ αὐτὴ μέν· πῶς γὰρ οὔ; ὧν γὰρ τὸ κράτος ἓν καὶ ἡ δόξα μία, τούτων δηλαδὴ ἓν τὸ σέβας καὶ μία ἡ προσκύνησις. σχετικὴ δὲ ὅμως ἤγουν ὁμωνυμική, ὡς φησὶ καὶ ὁ ἅγιος καὶ ὁμολογητὴς Θεόδωρος ὁ Στουδίτης ἐν τῇ πρὸς Ἀθανάσιον ἐπιστολῇ αὐτοῦ.

His perlectis, Imperator collecto duorum capitum quæ lecta fuerant sensu, dixit: si Apostoli ut docuerunt, Prophetæ ut viderunt, doctores ut commonstrarunt, Christus ut præmia largitus est, & cætera; sic nobis sentiendum esse tradit Synodicum & non alio modo: palam est ex ejus traditione nos quidem, sanctos ut Christi famulos propter Christum & eorum erga ipsum famulatum, Christum vero ut Deum ac Dominum adorare propter ipsum videlicet, non propter alium; ita ut Sanctorum Imagines adoremus relative propter ipsos, ipsos autem propter eorum erga communem Dominum famulatum. Quæ autem ad Christum spectat adoratio, Latriæ est. Nam qui ipsum adorat, una Patrem & Spiritum sanctum adorat. Quæ autem ejus Imaginem respicit, ea ipsa est. Quid enim vetat? Quorum enim virtus una & gloria una, eorum utique unus est cultus & una adoratio. Sed hæc tamen est relativa sive homonymica, ut ait sanctus Confessor Theodorus Studita in sua ad Athanasium epistola.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ βασιλεὺς ἠρώτησεν· οὕτως καὶ ὑμῖν πᾶσι δοκεῖ ὡς καὶ ἡμεῖς εἴπομεν; οὕτως, εἶπον πάντες, καὶ τοῖς μὴ οὕτω φρονοῦσιν ἀνάθεμα. καὶ πάλιν ὁ βασιλεύς· δόξα τῷ ἁγίῳ θεῷ τῷ φυλάξαντι ἡμᾶς ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ, μὴ κατά τι διαφερομένους ἢ ἐναντιοφρονοῦντας τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἡμῶν. ἐπὶ τούτοις ἅπαντες εὐχαριστήσαντες, τῷ θεῷ δόξαν ἀνέ-

His dictis Imperator interrogavit: annon vobis omnibus ita videtur esse, ut nos diximus? Ita, dixerunt omnes, ac secus sentientibus anathema. Iterum Imperator: gloria sancto Deo, qui servavit nos in concordia & pace, nec in re quapiam dissentientes aut repugnantes sanctis Patribus nostris. His de rebus omnes gratias agentes, glo-

πεμψαν, καὶ τὴν συνήθη εὐφημίαν τῷ βασιλεῖ ἀπένειμαν. μετὰ ταῦτα ὁ βασιλεὺς τρέψας τὸν λόγον πρὸς τὸν ἀρχιερατεύοντα ἐν Χαλκηδόνι κυρὸν Λέοντα, ἐπύθετο καὶ τοῦτον, εἰ δέχεται τὸν ἅγιον Θεόδωρον τὸν Στουδίτην, καὶ εἰ συμφωνεῖ καὶ αὐτὸς τοῖς ἀναγνωσθεῖσι καὶ ἐρωτηθεῖσι καὶ παρὰ πάντων ἀποκριθεῖσι τήμερον, κἀκείνοις ἐμμένει. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς τὸν μὲν ἅγιον Θεόδωρον ὡς κοινὸν ἀναπτύξειν διδάσκαλον, τὰ δὲ διαγνωσθέντα (l. ἀναγνωσθέντα) καὶ ἐρωτηθέντα παρὰ πάντων τε συμφώνως ἀποκριθέντα ἀσπάζεσθαι καὶ αὐτὸν, καὶ ἐμμένειν αὐτοῖς. προσεπήγαγε δὲ καὶ ταῦτα· ὡς ὅσα αὐτοὶ ἀπὸ τοῦ ἐγγράφου μου ἀποβάλλεσθε, ἀποβάλλομαι ταῦτα κἀγώ· καὶ ὅσα δέχεσθε, δέχομαι ταῦτα. τοῦ ἀπὸ Χαλκηδόνος Λέοντος εἰπόντος, ἐπεὶ διεγνώσθησάν τινα τῶν ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ ἐκτεθείσῃ ἐπιστολῇ ἐμφερομένων τοῖς συνοδικῶς (sic) ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινωσκομένοις καὶ τοῖς ἄνωθεν διαληφθεῖσιν ἐναντιούμενα, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν θείων πατέρων ἀσύμφωνα· ἔδοξεν ἀπόβλητα ταῦτα καὶ εἶναι καὶ λογίζεσθαι, ὡς δὲ καὶ τὸν τούτοις προσκείμενον. ἐπὶ πάσαις δὲ ταῖς ἀναγεγραμμέναις ἐρωτήσεσι καὶ ἀποκρίσεσι καὶ διαγνώσεσιν, ἐξεφώνει ὁ βασιλεὺς εἰς ἐπήκοον πάντων τό· εἴ τις ἐπὶ τοῖς διαγνωσθεῖσι κατά τι ἀμφιβάλλει, μέσον στὰς εἰπάτω τὸ ἀμφιβαλλόμενον παρ' αὐτοῦ. καὶ οὐδεὶς εὑρέθη ἀμφιβάλλων ἢ ἀντιλέγων ἐπί τινι τῶν διαγνωσθέντων, ἀλλὰ πάντες ἀπὸ τῶν πρώτων ἕως τῶν ἐσχάτων εὑρέθησαν ὁμοφρονοῦντες ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις διαγνώσεσιν.

riam Deo retulerunt, & consuetam Imperatori benedictionem dederunt. Post hæc Imperator, verso ad D. Leonem Archiepiscopum Chalcedonensem sermone percontatus est eum, num reciperet sanctum Theodorum Studitam, ac num & ipse iis quæ lecta fuerant consentiret, necnon interrogationibus & responsionibus omnium ipsâ die prolatis acquiesceret, in iisque maneret. Respondit ille se sanctum Theodorum ut communem magistrum toto spiritu admittere, ac lectionem, interrogationes, responsionesque omnium consensu datas se etiam amplecti, in iisque manere. Hæc etiam adjecit: quæcumque vos in libello meo repudiatis, & ego repudio; & quæcumque admittitis, admitto. Hæc cum dixisset Leo Chalcedonensis, quia nonnulla in Epistola ejus, iis quæ in ambone ex Synodicis lecta fuerant necnon aliis quæ superius enarrata sunt, repugnare ac cum doctrina divinorum Patrum non consentire deprehensa sunt; decretum est hæc pro repudiatis habenda esse, quemadmodum & eum qui his adhæserit. Circa memoratas autem interrogationes, responsiones & definitiones Imperator omnibus audientibus vociferatur: si quis circa definita in quopiam dubitaverit, stans in medio dubitationem proponat. Nemoque repertus est qui dubitaret, aut definitorum cuipiam contradiceret, sed omnes a primis usque ad novissimos supradictis definitionibus consentire comperti sunt.

*In eodem Codice consequenter.*

Ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς λειτουργίας μεμαρτυρημένος πρεσβύτερος εὐλαβὴς, καὶ κανονικὸς χειροτονούμενος διάκονος λειτουργείτωσαν, καὶ μὴ ὅλως συντυχίαν μετ' αὐτῶν ποιήσωσιν. ἀλλ' ἅμα τῷ αὐτοὺς εἰσελθεῖν λειτουργήσαντες, μεταδώσουσιν αὐταῖς τῆς θείας κοινωνίας διὰ * βηλοθύρου ἱσταμέναις, καὶ τὰς ὄψεις τοῖς μαφορίοις κεκαλυμμέναις. μὴ δ' ὅλως δὲ ἐκεῖ ἐσθιέτωσαν πλέον διακλύσματος, καὶ ταχέως ἐξελθέτωσαν πρὸς τὸ ἀνδρῷον κοινόβιον. ἕτερος δὲ ἀνὴρ μὴ εἰσερχέσθω ἔσωθεν, μήτε ἔξωθεν ἀκαίρους ἀποκρίσεις φερέτω. ἀλλ' οὐδὲ κοσμικὰς γυναῖκας παρρησιάζεσθαι μετὰ μοναζουσῶν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὰς δίχα μεγάλης ἀνάγκης ἐξέρχεσθαι πώποτε. τὰς δὲ ἀποκρίσεις τῶν ἀναγκαίων χρειῶν ὁ προεστὼς μετὰ πιστοτάτου μαθητοῦ τιθέτωσαν ἔξω τοῦ πυλῶνος, καὶ διὰ κρούσματος ὑπομνήσαντες ἀναχωρήσουσιν· κἀκεῖναι ἐξελθοῦσαι λάβωσι τὰς διακονίας παρὰ τοῦ φυλάττοντος ἔξωθεν παλαιοῦ γέροντος ἀμέμπτου καὶ συνετοῦ. ὁ (sic) δὲ ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια μὴ ἰσχύον τυπῶσαι καὶ φυλάξαι, μὴ δὲ ὀνομαζέσθω γυναικεῖον μοναστήριον. ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς πολιτικαῖς ἐκκλησίαις διὰ κατηχουμενείων ἢ βηλοθύρων, ἢ κάτωθεν διὰ φαρσωμάτων πρὸς τὸν ναὸν αἱ γυναῖκες τυπούσθωσαν ἀκριβῶς.

In Monasterio Monialium horâ Liturgiæ Presbyter pietatis testimonio probatus, & Canonicus Diaconus ordinatus, Liturgiam celebrent, nullumque cum iis colloquium habeant. Sed statim atque ingressi fuerint Liturgiâ celebratâ, ipsis in velothyro stantibus vultumque maforiis suis velantibus divinam communionem dabunt. Neque illic comedant excepto diluto; sed festinanter exeant ad cœnobium virorum. Alius autem quispiam vir ne ingrediatur intus, neque foris intempestiva responsa proferat; neque sæculares mulieres familiariter agant cum Monialibus, sed nec ipsæ Moniales citra magnam necessitatem umquam exeant. Responsa autem pro veris necessitatibus Præfectus cum fidissimo discipulorum extra ostium ponant, & dato pulsationis signo recedant: illæ porro exeuntes ministeria accipiant ab extrinsecus posito custode sene, illoque inculpato ac prudente. Quod autem hæc & his similia statuta servare non potest, ne nominetur Monasterium Monialium. Similiter in Ecclesiis urbis per catechumenia, aut velothyra, aut integumenta ad porticum mulieres decenter agere statutis legibus curetur.

* Βηλόθυρον erat velum in ostiis tegendi causa appendi solitum.

Νικηφόρου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

Ὅτι δεῖ νηστεύειν τοὺς μοναχοὺς τῇ τετράδι τῆς τυροφάγου καὶ τῇ παρασκευῇ, καὶ μετὰ τὴν τῶν προηγιασμένων ἀπόλυσιν ἐσθίειν τυρὸν, ὅπου ἂν εὑρεθῶσιν. ἀνατρέπει δὲ καὶ οὗτος ὁ κανὼν τοῦ Ἰακώβου τὸ δόγμα καὶ τὴν τῶν Τετραδιτῶν αἵρεσιν.

*Nicephori Archiepisc. Constantinopolitani.*

Quod oporteat jejunare Monachos quartâ Tyrophagi feriâ, & in Parasceve, ac post præsanctificata caseum comedere, quocumque in loco reperiantur. Hic autem Canon Jacobi dogma & Tetraditarum hæresim evertit.

CODEX num. XXXVII. olim CCXXXVI. membranaceus, XIII. vel XIV. sæculi, habet 369. folia. Fuit Lauræ S. Athanasii in monte Atho & in secundo Bibliothecæ ordine locatus, ut habetur in nota initio his verbis, βιβλίον τῶν κατηχουμένων τῆς β'. θέσεως. Deinde sequitur Index prolixus totius libri τῶν ἑρμηνειῶν, ubi ad singula capita datur compendium rerum de quibus agitur. Primus titulus Procemium respicit. Secundus titulus sic habet, ἑρμηνεία τῶν θείων ἐντολῶν τοῦ κυρίου. Sequens titulus, λόγος δ'. περὶ ἀπαγῆς &c. Postea λόγος ε'. περὶ ἀπαγῆς δούλων &c. λόγος ς'. περὶ ἀναχωρησάντων &c. λόγ. ζ'. περὶ διαφορᾶς σκανδάλων, λόγος η'. περὶ διαφορᾶς διδασκάλων &c. Omnia vero capita ascetica vel moralia sunt.

Fol. 5. verso hæc nota legitur: ἡ παροῦσα θεία βίβλος τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Νίκωνος προσετέθη ἐν ἁγίᾳ Λαύρᾳ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου παρὰ τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης ὑπερτίμου καὶ ἐξάρχου πάσης Θετταλίας κυροῦ Ἰακώβου καὶ ποτὲ καθηγουμένου τῆς ἁγίας ταύτης Λαύρας. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες ταύτην εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ. i. *Hic divinus liber repositus est in S. Laura S. Patris nostri Athanasii a sanctissimo Metropolita Thessalonicæ, hypertimo & Exarcho totius Thessaliæ Domno Jacobo, qui fuit olim præfectus sanctæ hujus Lauræ. Qui legeritis, orate pro eo.* Nota fere similis, sed brevior repetitur etiam in fine.

Initio hujus libri a S. Nicone adornati præmittitur prologus hoc titulo, λόγος διαλαμβάνων περὶ τῆς ὑποθέσεως τοῦ βιβλίου τῶν ἑρμηνειῶν. Principium sic habet, αὕτη ἡ βίβλος τὰς τοῦ κυρίου μὲν ἐντολὰς καὶ τὰς τούτων ἑρμηνείας περιέχει. Deinde sequitur Procemium in librum Niconis hoc initio: ἔδει μὲν ἡμᾶς, φησὶν ὁ θεῖος Χρυσόστομος, μηδὲ δεῖσθαι. Est totum opus amplissima collectio locorum Scripturæ, SS. PP. & Scriptorum Ecclesiasticorum, itemque Synodorum. Scriptores autem & Synodi unde loca desumta fuere, hi sunt; Joannes Chrysostomus sæpissime, Anastasius Sinaïta, Theodoretus, Maximus, Macarius, Basilius magnus, Athanasius, Isaac Syrus, Joannes Damascenus de hæresibus, Nilus, Isidorus Pelusiota, Joannes Climacus, Barsanuphius, septima Synodus, Synodus Chalcedonensis, Synodus C. P. in Templo Sanctorum Apostolorum, Ammonius, Γεροντικόν, sexta Synodus, S. Ephræm, vita S. Sabæ, Testamentum Studitæ, Synodus Gangrensis, Leges Politicæ, Ignatius ad Polycarpum, Gregorius Theologus, Synodus Nicæna, Synodus Carthaginensis, Dorotheus, aliquis Inclusus ad S. Simeonem Thaumaturgum, vita S. Pachomii, S. Orsilius, Pœmen sive Pastor, Diadochus, Nomocanon Basilii, nona Synodus, Cassianus, Synodus Neocæsariensis, Marcianus, Synodus Laodicena, Gregorius Thaumaturgus, Synodus Ancyrana, Timotheus Alexandrinus, Marcus, Theodorus Studita, Philo Judæus, Clemens Romanus, Gregorius Nyssenus, Hesaïas Monachus, Martyrium Sanctæ Anastasiæ, vita Sancti Joannis Eleemosynarii, Gregorius Dialogus (id est, Dialogorum autor) Papa, Martyrium S. Dionysii Areopagitæ, magnus Philemon Monachus, vita S. Charitonis, Clementia sive Clementina, Petrus Alexandrinus, vita Danielis Stylitæ, Joannes Hesychastes, Macarius Alexandrinus ad magnum Eusebium Alexandrinum, Dionysius Areopagita, Chronicon forte Syncelli, vita S. Païsii, vita S. Theodori Edesseni, Tarasius C. P. Epist. ad Adrianum Papam, Gennadius C. P. vita S. Joannis Chrysostomi, ἡ εὐθυμιακὴ ἱστορία, (De Euthymiaca historia vide Petrum Lambec. lib. 8. p. 172.) Carpathius (Philo), Constitutiones Apostolicæ, Didymus, Methodius, vita S. Sabæ, S. Epiphanius, Eusebius Pamphili, Lausiaca historia, Simeonis Epistola ad Inclusum, vita S. Epiphanii, ex Chronico Imperatorum de tempore Basilii Macedonis, vita

S. Marcelli Monachi & Acœmetæ; vita S. Joannicii, Joannis C. P. Nesteutæ, Cyrilli Alexandrini; (Joannis Chrysost. ἐκ τοῦ μαργαρίτου.) (sic)

Fol. 318. Athanasii ἐκ τοῦ συντάγματος, & consequenter Athanasii ex sermone de fide; deinde ejusdem contra hæresin Aërii. Sed in hoc postremo loco Athanasius perperam nominatur pro Epiphanio, qui hæc ipsa habet in hæresi Aërii, quæ est LXXV. Infra in Codice CCCLXIII. hic ipse locus adfertur Epiphanii nomine. Item Nicephorus Constantinopolitanus, Dionysius Alexandrinus, Typicum veterum Monasteriorum, Sardicensis Synodus, Antiochena Synodus, Synodus in Templo Theologi celebrata; σύνοδος τῆς ἑνώσεως τῆς γενομένης ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ρωμανοῦ, τοῦ μὲν βασιλεύοντος, τοῦ δὲ τὸ τηνικαῦτα τῷ τοῦ βασιλεοπάτορος ἀξιώματι διαπρέποντος.

Fol. 365. Τιμοθέου πρεσβυτέρου τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ σκευοφύλακος τῆς ἁγίας θεοτόκου ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις, περὶ διαφορᾶς τῶν προσερχομένων τῇ ἁγιωτάτῃ ἡμῶν πίστει. Init. τρεῖς τάξεις εὑρίσκομεν.

Fol. 368. Μεθοδίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κ. Π. διάταξις περὶ τῶν ἀρνησαμένων διαφόρῳ τρόπῳ καὶ ἡλικίᾳ. Init. Εἰ μὲν παιδίον συνελήφθη καὶ ἠρνήσατο.

Vita sancti Nicolai. Quia vero ex tribus supra memoratis Athanasii fragmentis duo tantum cusa fuerunt, tertium hîc adferre ne gravemur.

Τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου.

Συνάξεις δὲ ἐπιτελούμεναι παρεδόθησαν εἶναι ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, τετράδα (sic) καὶ προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης· ἐπειδὴ γὰρ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ κύριος, καὶ τὸ προσάββατον ἐσταυρώθη· καὶ παρέδωκαν οἱ Ἀπόστολοι ἐν ταύταις νηστείαν ἐπιτελεῖσθαι, πληρουμένου τοῦ ῥητοῦ· ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· καὶ οὐχ ἵνα χάριν ποιήσωμεν τῷ ὑπὲρ ἡμῶν πεπονθότι, (ἡ νηστεία ἡμῖν προστέτακται,) ἀλλ' ὅπως ὁμολογήσωμεν εἰς ἡμῶν σωτηρίαν τὸ τοῦ κυρίου πάθος, ὃ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸς ἀνεδέξατο, καὶ ὅπως ὑπὲρ τῶν ἑαυτῶν ἁμαρτιῶν αἱ νηστεῖαι ἡμῶν εὐλόγησιν θεοῦ γίνωνται. καὶ δι' ὅλου μὲν τοῦ ἔτους ἡ νηστεία φυλάττεται ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, φημὶ τετράδι καὶ προσαββάτῳ ἕως ὥρας ἐννάτης, δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς ὅλης τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς οὔτε γονυκλισίαι γίνονται, οὔτε νηστεία προστέτακται· ἀντὶ δὲ τῆς πρὸς τὴν ἐννάτην συνάξεων τετράδων καὶ προσαββάτων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ κατὰ τὰς πρωϊνὰς αἱ συνάξεις ἐπιτελοῦνται. ἔτι δὲ καὶ ἐν ταῖς πεντήκοντα ἡμέραις, αἷς προεῖπον τῆς πεντηκοστῆς, οὐκ εἶσιν οὔτε νηστεῖαι, οὔτε γονυκλισίαι. καὶ μετὰ τὴν διάταξιν τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς πάλιν λέγει, ὅτι τὰς ἓξ ἡμέρας τὰς πρὸ τοῦ πάσχα, ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοί, φημὶ ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ ὕδατι τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν. ἀλλὰ καί τινες σπουδαῖοι διπλᾶς καὶ τριπλᾶς καὶ τετραπλᾶς νηστεύουσι, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα ἔνιοι ἄχρις ἀλεκτρυόνων κραυγῆς τῆς κυριακῆς ἐπιφωσκούσης, ἐν ἀγρυπνίαις διατελοῦσι τὰς ἕξ.

*Beati Athanasii, ex sermone de Fide.*

Synaxes vero celebrare statutum est a sanctis Apostolis. Feriâ quartâ & prosabbato jejunandum usque ad horam nonam, quandoquidem illucescente feria quarta captus est Dominus, & prosabbato crucifixus est. Tradiderunt Apostoli his diebus jejunandum esse, ita ut impleatur dictum illud: *Cum ablatus fuerit ab eis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus;* non ut gratiam feramus ei qui pro nobis passus est; (jejunium nobis præceptum fuit) sed ut confiteamur in salutem nobis fuisse Domini passionem, quam pro nobis suscepit, & ut pro peccatis nostris jejunia nostra accepta & benedicta a Deo sint. Ac per totum quidem annum jejunium servatur in ipsa sancta & Catholica Ecclesia, videlicet feriâ quartâ & prosabbato usque ad horam nonam, exceptâ solâ Pentecoste totâ quæ quinquaginta constat diebus, quibus neque genu flexiones fiunt, neque jejunium præcipitur; ac pro synaxibus quæ horâ nonâ in feriis quartis & in prosabbato fiebant, matutinæ synaxes quasi in Dominica celebrantur. Insuperque in illis quinquaginta diebus Pentecostes, de quibus supra, neque jejunia servantur, neque genu flexiones. Et post constitutionem sanctæ Quadragesimæ rursum dicit: sex ante Pascha diebus siccis alimentis vescuntur omnes populi, nimirum pane, aqua & sale ad vesperam utentes. Imo quidam ferventiores, biduo, triduo & quatriduo jejunant; imo quidam tota hebdomade usque ad gallicinium Dominicæ illucescentis, sex diebus in vigiliis perseverant.

CODEX num. XXXVIII. olim CCXXXVII. bombycinus, anno 1432. scriptus, ut fertur in Nota, habet 503. folia. Fuit magnæ Lauræ sancti Athanasii in monte Atho. Initio est Typicum hoc titulo, τυπικὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης μονῆς. Estque ordo officii

officii minutatim descriptus, cum ceremoniis; ubi subinde notantur ritus varii, qui in aliis regionibus locum habent, in Armenia nempe, in Palæstina &c.

Fol. 31. *διατάξις εἰς τὰ ἀποσυνάγματα τοῦ τυπικοῦ τῆς ἁγίας μονῆς* &c. Fol. 45. verso legitur, *βιβλίον τῆς καθ' ἡμᾶς θείας καὶ ἱερᾶς βασιλικῆς μεγάλης Λαύρας τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ ἐν τῷ Ἄθω ὄρει* &c.

Fol. 46. *τελώνιον ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς κυριακῆς τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου, καὶ καταλῆγον ἄχρι τῆς κυριακῆς τῶν ἁγίων πάντων, ἔχον τὴν ἤχον, (sic) τοὺς ἀποστόλους, τὰ εὐαγγέλια, τὸ Ξανθόπουλον.*

Fol. 129. & seqq. habetur historia Iconomachorum, & aliæ quædam historiæ breves hinc inde interseruntur. Fol. 214. verso, vita sancti Andreæ Cretensis, qui magni Canonis auctor fuit. Fol. 254. Pentecostarium.

Fol. 502. verso hæc nota legitur. *ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων Ῥωμαίων Ἰωάννου καὶ Μαρίας τῶν Παλαιολόγων, ἐγράφη ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ εὐτελοῦς Διονυσίου ἱεροδιακόνου, δι' ἐξόδου καὶ σπουδῆς τοῦ ὁσιωτάτου ἐν μοναχοῖς κυροῦ Μελετίου ἐν ἔτει ϛϡμ'. μηνὶ Νοεμβρίῳ ι. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες καὶ ψάλλοντες ἐν αὐτῇ, εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ διδόντες συγγνώμην τοῖς πολλοῖς μου σφάλμασι· ἔστι ἐν τισι μὲν ἐσφάλην ἐκ ῥαθυμίας, ἔν τισι δὲ ἐξ ἀπροσεξίας, τὰ πλείω δὲ ἐξ ἀμαθίας. ὁ δὲ τὰ πάντα πληρῶν θεὸς γένοιτο ἵλεως κἀμοὶ καὶ ὑμῖν, ἀλλὰ δὲ καὶ τοῦ εἰς τοῦτο δεδωκότος (sic) τὴν ἀρχὴν, τῆς σπουδῆς, ἐν τῇ φοβερᾷ καὶ ἐνδόξῳ αὐτοῦ δευτέρᾳ παρουσίᾳ. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.* Et infra eadem manu. *ἐγράφη δὲ ἐν τῇ ἐμῇ μονῇ τῇ μεγάλῃ Λαύρᾳ, τῇ συγκειμένῃ περὶ τοῦ Ἄθωνος ὄρει.* i. *Regnantibus piissimis Romanorum Imperatoribus Joanne & Maria Palæologis, scriptus est hic liber manu meâ peccatoris & vilis Demetrii hierodiaconi, sumptibus & studio sanctissimi in Monachis Domni Meletii, anno 6490. (i. Christi 1432.) mensis Novembris 10. Qui legetis & psalletis in eo, precamini pro me, veniam concedentes quamplurimis meis erratibus. Nam in quibusdam ex segnitie, in aliis ex incogitantia, in pluribus vero ex ignorantia lapsus sum. Qui omnia implet Deus, propitius sit mihi & vobis, atque etiam ei qui hujus adornandi principium dedit, in tremendo atque glorioso secundo adventu suo. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.* Et infra eâdem manu. *Scriptus est autem in meo Monasterio in magna Laura, quæ sita est in monte Atho.* Sunt & aliæ notæ quæ in magna Laura usui fuisse hunc librum indicant.

CODEX num. XXXIX. olim LXV. bombycinus, omnino recens. Fuit olim *Augusti Galland Parisini in suprema Parisiensi Curia Patroni*; ut fertur in nota initio posita. Continet Zonaræ & Balsamonis Canones, ut dicitur ibidem, hac subjuncta nota: *Ils ont été imprimez & corrigez sur le présent Manuscrit, duquel est fait mention en l'Impression derniére.*

Initio ponitur Index rerum Alphabeticus; deinde sequitur alter Index eorum quæ in Codice continentur, eodem quem in libro occupant, ordine. Præter ea vero quæ cusa fuere, alia non pauca sequuntur tum in Indice, tum in Manuscripto, quæ magna ex parte cusa non sunt, quorum hîc Catalogum subjicimus.

Νεαρὰ Μανουὴλ τοῦ Πορφυρογεννήτου περὶ φόνου. *Novella Manuëlis Porphyrogeniti de homicidio.*

Τοῦ *αὐτοῦ πραγματικά· καὶ περὶ ποίας ἑορτὰς δεῖ τηρεῖν κατ' ἔτος. Ejusdem Pragmatica, & qualia festa per annum observanda sint.*

Κατὰ τῆς Ἀθιγγάνων καὶ Μελχισεδεκιτῶν *αἱρέσεως. Contra hæresin Athinganorum & Melchisedecitarum.*

Περὶ Σαρακηνῶν *εἰς τὴν* Χριστοῦ *πίστιν ἐπιστρεφόντων. De Saracenis qui ad Christi fidem convertuntur.*

Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου πρὸς Ναυκράτιον περὶ *πολυγαμίας. Theodori Studitæ ad Naucratium de polygamia.*

Κεφάλαια περὶ διαφόρων ὑποθέσεων, *ἤτοι τινῶν κανόνων. Capita de diversis hypothesibus, sive quibusdam Canonibus.*

Ἔκθεσις, *ἤτοι ἀνάμνησις τῆς γενομένης ἑνώσεως ἐπὶ* Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ *τῶν βασιλέων, καὶ*

περὶ γάμων. *Expositio seu commemoratio unionis factæ sub Constantino & Romano Imperatoribus & de nuptiis.*

Ἀνώνυμος περὶ τῶν ἀζύμων. *Anonymus de Azymis.*

Τινῶν λέξεων ἑρμηνεῖαι καὶ ἄλλα τινά. *Quarumdam lectionum Interpretationes, & alia quædam.*

Διάφοροι ἐρωτήσεις μοναχῶν ἁγιορειτῶν περὶ τὸν πατριάρχην Νικόλαον. *Diversæ interrogationes Monachorum Hagioritarum* (i. montis Atho) *circa Nicolaum Patriarcham.*

Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ περὶ ἐξομολογήσεως. *Joannis jejunatoris de confessione.*

Συνοδικὸν κατὰ Βογομίλων καὶ ἑτέρων αἱρετικῶν. *Synodicum contra Bogomilos & alios hæreticos.*

Σημείωμα, καθαιρέσεις τινῶν ψευδεπισκόπων τῆς ἐνορίας τοῦ Τυάνων, τῶν παρὰ τοὺς κανόνας χειροτονηθέντων, καὶ κατὰ Βογομίλων. *Decretum sigillatum, Depositiones quorumdam Pseudepiscoporum Diœcesis Tyanensis, qui præter canones ordinati sunt, & contra Bogomilos.* Cusum est apud Leonem Allatium, de perpetua Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis consensione lib. 2. cap. 12. pag. 671.

Σημείωμα κατὰ Νίφωνος τοῦ Βογομίλου. *Decretum sigillatum contra Niphonem Bogomilum.*

Σημείωμα κατὰ Κλήμεντος μοναχοῦ ἀθλίου Βογομίλων. *Decretum sigillatum contra Clementem Monachum miserum Bogomilorum.* Leo Allatius libro supra citato pag. 674.

Ἕτερον σημείωμα κατὰ Νίφωνος. *Alterum decretum sigillatum contra Niphonem.* Leo Allatius ibid. pag. 678.

Σημείωμα καθαιρέσεως Κωνσταντίου πατριάρχου τοῦ Βογομίλων. *Decretum sigillatum condemnationis seu depositionis Constantii Patriarchæ Bogomilorum.*

Ἐκ τῆς Ἰουστινιανοῦ νεαρᾶς τῆς ἐν τῷ γ΄. βιβλίῳ τῶν βασιλικῶν νομίμων ἐγκειμένης. *Ex Justiniani novella quæ exstat in libro 3. Basilicorum.*

Σισιννίου πατριάρχου περὶ συνοικεσίων, ἤτοι γάμου καὶ συγγενείας. *Sisinnii Patriarchæ de cohabitatione, sive de nuptiis & de consanguinitate.*

Περὶ τοῦ πῶς εὑρετέον τὸ πάσχα, καὶ κύκλον τοῦ ἡλίου, καὶ Ἰνδικτιῶνα, καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν μηνῶν. *Quomodo inveniendum sit Pascha, quomodo cyclus solis & indictio, & principia mensium.*

Ὀφφίκια τῆς πατριαρχικῆς ἐκκλησίας. *Officia Patriarchalis Ecclesiæ.*

Τάξις τῶν θρόνων τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὑπὸ τὸν πατριάρχην τῆς Κωνσταντινουπόλεως, γενομένη ὑπὸ Λέοντος τοῦ σοφοῦ βασιλέως. *Ordo thronorum Ecclesiarum quæ sunt sub Patriarcha Constantinopolitano, concinnatus a Leone sapiente Imperatore.*

Post hæc in fine libri quædam habentur quæ non prænuntiantur in Indice; nempe decretum Clementis VII. Papæ contra Episcopos Latinos, qui Græcos sibi subditos rebaptizare, & alios ritus Græcorum qui in Synodo Florentina approbati fuerant, abrogari curabant. Ibique refert ad verbum decretum Leonis X. Papæ de eadem re. Datum est hoc Clementis decretum, ut in fine legitur, anno 1526. Martii 26.

Sub hæc recentiore manu habentur, ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις τῶν ἐρωτήσεων γεγονυιῶν παρὰ μοναχῶν ἔξω τῆς πόλεως ἀσκουμένων (sic) καὶ τῶν ἀποκρίσεων ἀπὸ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει εὑρεθείσης συνόδου, ἧς προεΐστατο Νικόλαος πατριάρχης ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. *Interrogationes & responsiones interrogationibus oblatis per Monachos extra urbem Asceticam vitam agentes, & responsionibus datis a Synodo quæ tunc Constantinopoli inventa est, cui præerat Nicolaus Patriarcha imperante Alexio Comneno.*

Ex hoc Codice plura colligere poterit, si quis Canones Ecclesiasticos vel edere vel denuo illustrare voluerit.

CODEX XL. olim CCCLXXXVI. membranaceus, XIII. circiter sæculi, foliis 180. constans. Liber Choralis, sive Officium Divinum Græcorum per totum annum, cum notis musicis.

CODEX XLI. olim CCCLIII. membranaceus, similis ejusdemque circiter ætatis, constat foliis 263. Liber Officiorum Divinorum cum notis.

CODEX XLII. olim CCCLXXVI. membranaceus, foliis 382. Idem ac duo præcedentes ſub titulo τῆς πυχοσειχῆς βίβλου.

## CAPUT III.

### *Patres & Scriptores Eccleſiaſtici.*

CODEX XLIII. olim CCCLXXII. bombycinus, XV. ſæculi, conſtans foliis 277. In eo continentur Philonis Judæi libri ſequentes.

De Circumciſione.
De Monarchia.
De præmiis ſeu de honoribus Sacerdotum.
De animalibus idoneis ſacrificio &c.
De victimas offerentibus.
De iis quorum in ſcripturis mutata ſunt nomina, & quare mutata ſint.
Sacrarum Legum allegoriæ, liber ſecundus cujus initium: καὶ ἐκρίθη &c.
Quis hæres divinarum rerum.
De præmiis & de pœnis.
De maledictionibus.
De fortitudine.
De vita Moſis libri tres.
De mundi opificio.
In Decalogum Moſis.
De conſtitutione principum.
Quod omnis probus ſit liber.
De vita contemplativa.
De mercede meretricis in templo non recipienda.

De ſpecialibus legibus quæ referuntur ad duo Decalogi capita, ſextum videlicet & ſeptimum &c. Deſinit in hæc verba: πῶς δ' οὐδ' ἕτερον κυρίως ἀπέφηνεν, αἰθ' ὧν ἐσυκοφάντησαν, quæ ſunt in Edit. Pariſ. anni 1640. pag. 787. D. 6. Libri hujus quæ ſequuntur, hoc in Codice in tres alios libros dividuntur. Primus eſt, Philonis Judæi de homicidis. Initium: ὄνομα μὲν ἀνδροφονία κατὰ τοῦ κτείναντος ἄνθρωπον ἐπιφημίζεται &c. Edit. pag. 789. D. 7. Secundus, de iis qui domeſticos interficiunt, ab his verbis: θεράποντες τύχῃ μὲν ἐλάττονι κέχρηνται &c. Edit. pag. 798. D. 4. Tertius, quod mulieres verecundiam amittere numquam debeant. Sic incipit: ἀγοραὶ καὶ βουλευτήρια, καὶ δικαστήρια &c. Edit. pag. 803. deſinitque cum libro de Legibus ſpecialibus.

Philonis Judæi Politicus, ſive de Joſeph.

CODEX XLIV. olim CCLIV. membranaceus, X. ſæculi, fol. 424. Complectitur Euſebii Cæſarienſis Commentarios in Pſalmos a quinquageſimo primo ad nonageſimum quintum incluſive. Hos in Collectione nova noſtra editos habes ex hoc Codice, qui fuit olim in Bibliotheca Lauræ S. Athanaſii in monte Atho, decimus Plutei 12. ut initio adſcripta nota ſignificat: βιβλίον τῆς ιβ'. θέσεως δέκατον.

CODEX XLV. olim CXXXIII. membranaceus, XII. circiter ſæculi. fol. 434. In eo continentur plurima Athanaſii Opera, quæ in noviſſima noſtra Editione inde recognita & emendata prodierunt. Hujus Codicis catalogum poſuimus initio ejuſdem Editionis, ut ſequitur.

### *Index Operum S. Athanaſii, quæ in hoc Codice continentur.*

Liber contra Gentes.
Liber de Incarnatione.

De Incarnatione, contra Paulum Samosatenum.
De Incarnatione, contra Arium & Apolinarium.
De Incarnatione Christi, contra Apolinarium 1.
De salutari adventu Christi, contra Apolinarium 2.
Contra omnes hæreses.
Epistola ad Epictetum Corinthi.
Expositio fidei.
Epistola Liberii ad Athanasium.
Epistola Athanasii ad Liberium.
Ad Antiochenos tomus.
De æterna existentia Filii, contra Sabellianos.
Oratio, *Quod unus sit Christus.*
Epistola ad Adelphium Episcopum.
Epistola ad Maximum Philosophum.
In illud: *Euntes in vicum* &c.
Contra Arianos Oratio prima. *Est Epistola Encyclica ad Episcopos Ægyptios.*
Contra Arianos Oratio secunda. *Est prima.*
Contra Arianos Oratio tertia. *Est secunda.*
Contra Arianos Oratio quarta. *Est tertia.*
Contra Arianos Oratio quinta. *Est quarta.*
In illud: *omnia mihi tradita sunt.*
Opusculum de Doctrina. *Excerptum ex aliis Operibus.*
De sabbatis & Circumcisione.
Epistola prima ad Serapionem de Spiritu Sancto.
Epistola secunda ad Serapionem de Filio.
Epistola tertia ad Serapionem de Spiritu Sancto.
Epistola quarta ad Serapionem de Spiritu Sancto.
Epistola de Decretis Nicænis.
Epistola Eusebii Cæsariensis ad Cæsarienses.
De sententia Dionysii.
Apologia de Fuga.
Apologia contra Arianos.
Epistola Synodi Alexandrinæ, *quæ in ea ipsa Apologia habetur.*
Epistola Encyclica. Olim *ad Orthodoxos* inscripta.
Epistola ad Serapionem de morte Arii.
Epistola ad Monachos, sive ad Solitarios.
Contestatio Alexandrinorum. *Habetur ad calcem epistolæ ad Monachos.*
Epistola de Synodis Arimini & Seleuciæ.
Apologia ad Constantium.
Epistola ad Joannem & Antiochum.
Epistola ad Palladium.
Epistola ad Dracontium.
Epistola ad Afros.
Epistola seu tomus ad Antiochenos. *Nam bis describitur.*
Epistola ad Jovianum Imperatorem.
Epistola Joviani ad Athanasium.
Petitiones Arianorum ad Jovianum, contra Athanasium.
Sermo in Passionem Domini.

CODEX XLVI. olim CCLXXIX. membranaceus, X. sæculi, elegantissime exaratus, constans foliis 469. Basilii Ascetica quædam, videlicet Moralia.
Regulæ fusiores, quibus præit Prologus asceticus: ἀσκητικὸς βίος ἕνα σκοπὸν ἔχει &c.
Regulæ breviores. His præfixus est Prologus asceticus: οἷς συντέτακται ὁ θεῖος νόμος &c.

&c. a Combefisio seorsim editus in Libello cui titulus est, *Basilius Magnus ex integro recensitus.* pag. 107.

Ejusdem Basilii Epistola ad Canonicam περὶ βίου κανονικοῦ, cui subjectæ sunt pœnæ in (Canonicos) delinquentes constitutæ.

Ejusdem de Baptismo sermo primus; quod primum instruendi sint qui ad sacrum Baptisma sunt admittendi. Hunc in editis duo alii sermones sequuntur hic prætermissi.

De Baptismo sermo secundus in tredecim capita divisus, quæ cum sermone primo quatuordecim capita efficiunt. In Edito est liber secundus de Baptismo.

Constitutiones Monasticæ ad eos qui in Cœnobio vel in solitudine vitam agunt.

Hic Codex fuit olim τῶν κατηχουμένων Lauræ sancti Athanasii in monte Atho, ut docet nota fol. 467. verso.

Duo postrema folia ex alio libro vetere ad hunc compingendum sumpta sunt, charactere 8. circiter sæculi unciali, alterum deflexo, alterum oblongo & perpendiculari scriptum, in quibus fragmenta continentur Commentariorum in Acta Apostolorum.

CODEX XLVII olim CLXXX. membranaceus, XI. sæculi, constans foliis 346. in quo continentur

Basilii Homiliæ diversæ viginti quatuor omnes editæ. Harum vigesima secunda quæ in Edito est in sanctum Baptisma, aptiori titulo insignitur, nempe, *De Spiritu Sancto.* Sic quoque in Codice sequenti.

Homiliæ quindecim in Psalmos, omissâ videlicet Homiliâ in Psal. 37. & secundâ in Psalm. 28.

Epistola ad virginem lapsam. fol. 197. verso.

Epistola ad Monachum lapsum. fol. 202. vers.

CODEX XLVIII. olim CCLXXVIII. membranaceus, sæculo X. eleganti manu exaratus, constat foliis 300. Pars Operum sancti Basilii, videlicet

Homiliæ sexdecim in Psalmos, omissâ secundâ in Psal. 28. Homiliæ in Psalmos 14. 59. & 61. bis occurrunt.

Homiliæ diversæ numero XXXII. In Editione Parisiensi habentur præter has quarum prima, quod incomprehensibilis sit Deus: Σαρκὸς μὲν ὀφθαλμοῖς &c. fol. 212. verso. Iterumque fol. 292. verso; sed hæc imperfecta est. Altera, de misericordia & judicio: ὁ μὲν ἐπιλαθανόμενος τοῦ θεοῦ κόσμος &c. fol. 228. verso. De jejunio liber 3. νηστείας ἐξιλασμοῦ ὁ καιρὸς &c. fol. 235. A Cotelerio edita. περὶ φωτίσματος. Initium: ἤδη μακαριότητος ὀσμὴ &c. fol. 249. verso. Homilia quæ in Edit. est in sanctum Baptisma hic inscribitur: *De Spiritu Sancto & quod oporteat eos qui sacro baptismate regenerati sunt, divinorum mysteriorum participatione nutriri.* fol. 79. verso. Prima pars terminatur his verbis: ἀρκείσθω τῇ κατὰ τὸ πνεῦμα προσηγορίᾳ καὶ ὁμοιώσει, ut in Edit. Tom. 1. pag. 440. Pro altera deinde sequitur. ἐπεὶ δὲ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι τῇ μνήμῃ &c. Est sermo 3. libri primi de Baptismo. Tom. 1. pag. 579.

Ejusdem Basilii Epistolæ, scilicet una ad Monachum lapsum, altera ad Episcopos Occidentis, tertia ad Optimum Episcopum, postrema ad virginem lapsam.

Hic Codex fuit olim τῶν κατηχουμένων Lauræ sancti Athanasii in monte Atho. Sic notatur fol. 6.

CODEX XLIX. olim CCXCIII. membranaceus, XI. circiter sæculi, constans foliis 369. complectitur Basilii Homilias sexdecim in Psalm. omissâ secundâ in Psal. 28. Homilias diversas 19. quarum una est Εἰς τὰ κατὰ τὸν Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα, quæ in præcedenti Codice inscribitur Epistola ad Optimum Episcopum: Epistolas, scilicet unam ad virginem lapsam, alteram ad Simpliciam Syncleticam contra Eunuchos ipsius servos, qui sanctum contumeliâ affecerant, tertiam ad Theodoram Canonicam.

Jam dudum iste Codex in manus Latinas devenit: nam quædam Scripturæ loca Latine ad marginem scripta habentur XIII. circiter sæculi

CODEX L. olim XCVI. membranaceus, XI. circiter sæculi, constans foliis 383. In eo continentur quædam Basilii Opera, nempe

Homiliæ Morales 14.

Homiliæ sexdecim in Psalmos. Deest secunda in Psalmum 28. sicut in supra recensitis Codicibus. Hanc suspectam habent viri docti.

Iterum Homiliæ morales quatuor. Prima est in initium Proverbiorum, cui hæc præfixa nota est : οὗτος ὁ λόγος ἐρρέθη ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ ἁγίου Μελετίου, αὐτοῦ προτρεψαμένου, ἔτι τοῦ ἁγίου Βασιλείου διακόνου ὄντος. i. *Hic sermo habitus est præsente sancto Meletio, ipsoque hortante, cum adhuc sanctus Basilius Diaconus esset.*

Duæ Homiliæ sequentes sunt de jejunio.

Ultima, de misericordia & judicio, inedita.

CODEX LI. olim CCXLV. membranaceus, X. sæculi, fol. 495.

Sancti Gregorii Nazianzeni orationes 48. Prima initio caret, uno tantum abscisso folio. Est autem Apologia in qua narrat quare in Pontum fugerit &c. ipsaque in Editione Parisiensi primas etiam tenet. Ultima est πρὸς τὸν ἐπίσκοπον προσφωνητικός. Initium : πάρθενε νύμφη Χριστοῦ &c.

Hanc sequitur ejusdem Gregorii δοξολογία, cujus initium : σὲ καὶ νῦν εὐλογοῦμεν &c. fol. 472. Hæc cum præcedenti inter carmina refertur in Codice LVI. ubi vide.

A fol. 475. ad finem usque, (Nonni) Expositio historiarum profanarum quarum S. Gregorius meminit in oratione in sancta lumina, in sermone funebri in S. Basilium, & in utraque invectiva adversus Julianum. Prior initio, duæ posteriores fine mutilæ sunt.

CODEX LII. olim CCLXXX. membranaceus, XI. circiter sæculi, constans foliis 378. Complectitur Gregorii Nazianzeni Orationes 17. cum Scholiis. Prima est in sanctum Pascha & in tarditatem, ipsaque deficientibus primis foliis in charta bombycina scripta est manu decimi quarti sæculi, unà cum Scholiis Nicetæ, cujus tamen nomen reticetur.

Alia similiter Scholia nomen Auctoris non præferunt, suntque ab Editis Latinis omnino diversa, ac interdum ex sancto Maximo sumta, ejus præfixo nomine.

Post Orationem tertiam quæ est in novam Dominicam alia sequitur, cujus initium : ἐγκαίνια ἐγκαινιά ἡ πανήγυρις, ἀδελφοὶ &c. fol. 42. verso. His inscriptionis loco præmissis, ἐν τισὶ τῶν ἀντιγράφων ταῦτα οὐ πέκειται διὰ τὸ μὴ εἶναι γνήσια τοῦ Θεολόγου. i. *Hæc in quibusdam Exemplaribus non habentur, eo quod non sint germana Theologi opera.* Idem judicium fertur in apposito scholio : ὑποπτεύεται ταῦτα ὡς μὴ γνήσια. ἄλλως τε καὶ ἀπεμφαίνετο (sic) ὁμοίοις ῥητοῖς. διὸ καὶ ὠβέλισται, ἐν πολλοῖς δὲ τῶν ἀντιγράφων οὐδὲ ἔγκειται. i. *Suspicio est hæc esse spuria. . . . . . . . . Quapropter obelis notata sunt, in multis autem Exemplaribus desunt.*

Ultima oratio quæ est prima de pace, ad tertiam paginam desinit imperfecta, sequentibus foliis abscissis.

CODEX LIII. olim CXXXVI. membranaceus, XI. sæculi, habens folia 276. Fuit quondam Monasterii unius eorum quæ ἐγκλεῖστραι dicebantur, id est, in quibus Monachi inclusi degebant, ideo ἔγκλειστοι seu ἔγκλαυστοι vocati. Id indicat nota sequens Græcobarbara fol. 274. Αὐτὸ τω (sic) βιβλίον ὑπάρχει τῆς ἁγίας ἐγκλήστρας, καὶ εἴ τις αὐτῶ (sic) ξενώσῃ, να (sic) ἔχῃ τὰς ἀρὰς τῶν ἁγίων πατέρων. ἀμήν. i. *Hic liber est sanctæ Enclistræ, & si quis illum abstulerit, incurrit maledictiones Sanctorum Patrum. Amen.* Similes notæ librorum sanctarum ἐγκληστρῶν in insulis Rhodo, Cypro, Phapó sæpius occurrunt Palæogr. L. 1. Aliò postea migrasse Codicem testatur altera nota, eodem folio verso, recentiori manu scripta : ἡ βίβλος αὕτη ἠγοράσθη (sic) χάμου (sic) Ἀρσενίου ἱερομονάχου καὶ καθηγουμένου μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα τῆς Καρώνης, καὶ ἐτέθη ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ. i. *Hic liber emptus est a me Arsenio Hieromonacho & Præposito Monasterii sancti Sabæ Caronæ, positusque est in hoc sancto Monasterio.*

Continet Gregorii Nazianzeni orationes 34.

Post fol. 173. multa alia exciderunt, quibus inerant duæ orationes integræ quæ nunc desunt cum postrema parte præcedentis & sequentis initio. Nam omnes orationes antea erant triginta sex, ut initio libri annuntiatur: βιβλίον .... ἔχει φύλλα σλδ΄. καὶ λόγους τριάκοντα ἕξ. Ab initio vero multo plures fuerant. Prima enim nunc notatur numero ιζ. prioribus proinde sexdecim deperditis. In sequentibus idem est numerorum ordo.

Oratio quadragesima octava fol. 259. est, πρὸς πτωχοὺς ἀποδημητικός, sine ulla rhythmorum distinctione scripta, ut in Codice LI.

Oratio quinquagesima secunda & ultima fol. 274. est εἰς μάρτυρας καὶ κατὰ Ἀρειανῶν. Initium: τί ποθεινὸν ἐστιν εἰπεῖν; Latine tantum habetur in Editione Parif. Tom. 1. pag. 725.

CODEX LIV. olim CCXCII. membranaceus, XIII. circiter sæculi, in quo folia sunt 469. Quondam fuit Monasterii sancti Dionysii in monte Atho, ut fert nota fol. 1. scripta: κτῆμα τοῦ κυροῦ Διονυσίου. Continet sexdecim Gregorii Nazianzeni orationes cum Commentariis Nicetæ. Horum Commentariorum quædam integra sed Latine tantum, aliorum excerpta solummodo habentur in Editione Parisiensi Operum S. Gregorii Nazianzeni.

CODEX LV. olim CXXXIV. membranaceus, XIV. sæculi, constat foliis 424. Easdem complectitur Gregorii Nazianzeni orationes sexdecim cum iisdem Nicetæ Commentariis.

CODEX LVI. olim CCII. bombycinus, XV. sæculi, cujus folia sunt 193. quorumque in ultimo verso legitur hæc nota: βιβλίον (sic) τῆς ἁγίας Λαύρας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ ἐν τῷ Ἄθῳ, ἐν ὁ (sic) κελλίῳ τοῦ Ιωακεὶμ τοῦ Καθα. καὶ ἥτις (sic) ὁ ἀποξενώσει ἐκ ὁ (sic) αὐτοῦ κελλίῳ, ἐχέτω ὁ ἀνάθημα καὶ ἔστω ἀσυγχώρητος. i. *Liber sanctæ Lauræ sancti Athanasii montis Atho, in cellula Joakim Catha. Et si quis hunc abstulerit ab ejus cellula, incurrat anathema & veniam non obtineat.*

In eo continentur Gregorii Nazianzeni varia carmina 76. cum Glossis interlinearibus, in quibus poëticæ & difficiliores voces ac phrases per communes & usitatiores explanantur. Accedit ad marginem interpretatio perpetua solutâ oratione.

Carmen 28. quod inscribitur θρῆνοι, estque fol. 101. verso, novem versibus auctius præter illos quos habet Edit. Parif. Primus est:

Τείρομαι πολλοῖσι κακοῖσι καὶ ἄλγεσι θυμός.

qui cum sequenti insertus est post distichon octavum. Alii septem nono & ultimo disticho subjuncti sunt, hoc præeunte:

Μή τις ἐμοῖς παθέεσσι καὶ ἄλγεσιν ἦε κάκιστος.

Sed omnes aliunde perperam huc translatos esse manifestum est. Nam omnes sunt hexametri, quos cum elegiacis Librarius argumenti similitudine deceptus imperite copulavit. Illi autem alibi in Edit. non occurrerunt.

Carmen 68. fol. 189. verso, quod est, εἰς ἑαυτοῦ ψυχὴν, incipitque: τί σοι θέλεις γενέσθαι. Duas in partes scinditur contra quam in Edit. Altera pars est πρὸς δὲ σῶμα, habetque initium ab his versibus.

Σὺ δ' εἰπέ μοι, κάκιστον
Ω σῶμα δυσθεδὲς &c.

Quæ sequuntur carmina in edito desiderantur.

Fol. 168. carmen 56. γνῶμαι κατὰ στοιχεῖον παραινετικαί. Id est, *sententiæ hortatoriæ secundum litterarum seriem.* Initium:

Ἀρχὴν νόμιζε τὸν πάντων εἶναι θεόν.
Βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δόκει πέλειν &c.

Eodem fol. verso, carmen 58. heroïcum ἀκροστιχίς, versibus 48. constans & cujus initium:

Ἀνδρες ἱερεπτόλωτες ἴσοι βιοπαίγμονι τέφρῃ &c.

Fol. 170. verso, carmen 62. περὶ ἐπισκόπων, i. *de Episcopis.*

*Ἴσως μὲν ἐχρῆν ὡς κεκρυμμένον φέρειν.*
*Ταῖς τοῦ παθόντος ἐντολαῖς τυπούμενον &c.*

Constat Iambis 783. qui ita clauduntur.

*Οὕτω τάχ' ἄν μοι τῶν φίλων πείσαιτό τις.*
*Πάλης θανούσης ἢ φθόνος συνέρχεται.*

In Edito Latine tantum & solutâ oratione prodiit.

Fol. 199. carmen 67. Εἰς ἑαυτὸν, i. *in seipsum.*

*Λέγουσιν οἱ μισοῦντες, ὡς δεῖ μοι δοκεῖ,*
*Λέγουσιν οὐ δίκαια &c.*

Similes versus omnes sunt numero 52.

Fol. 193. carmen 73. ὕμνος ἑσπερινὸς ἤτοι πρὸς τῷ τέλει εἰρημένος, ὅμοιος τῷ περὶ παρθενίας. Id est, *hymnus vespertinus, sive in fine* (diei) *dictus, similis carmini de virginitate.* Hæc ultima verba Scholium illud præcedenti carmini de virginitate ut in edito præfixum respiciunt: ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὸν Συρακούσιον Σώφρονα μιμεῖται. οὗτος γὰρ μόνος ποιητῶν ῥυθμοῖς τισὶ καὶ κώλοις ἐχρήσατο ποιητικῆς ἀναλογίας καταφρονήσας. i. *In hoc sermone Syracusium Sophronem imitatur. Hic enim solus Poëtarum rhythmis quibusdam & colis utebatur, neglectâ poëticâ lege.* Hanc procul dubio ob causam a Librariis rhythmum non intelligentibus utrumque carmen inter prosaicas orationes in superioribus quibusdam Codicibus relatum est.

Hymni vespertini, qui in Cod. LI. inscribitur δοξολογία quique hîc constat versibus 50. initium illud:

*Σὲ καὶ νῦν εὐλογοῦμεν,*
*Χριστέ μου, λόγε θεοῦ.*

Ibidem carmen 74. Εἰς τὸν πονηρὸν, i. *in diabolum.* Constat versibus 14. & sic incipit.

*Ἅρπασον, ἅρπασον &c.*

Codex clauditur Epistolâ S. Amphilocii ad Seleucum Iambis scriptâ. Edita est.

CODEX LVII. olim CCXXXIV. membranaceus, egregiæ notæ, IX. sæculi, cujus folia sunt 251. Primum vero folium consulto avulsum fuit, quia pertinet ad Exemplar illud antiquissimum, quod ad autographum Pamphili Martyris manu scriptum collatum fuerat; cujus Exemplaris aliquot folia ad compingendos varios Monasterii S. Athanasii in monte Atho Codices adhibita abstraximus, ut Codicem num. CCII. conficeremus. Ibi vide. In operculo ligneo sic recenti manu scriptum legitur: . . . . Εἴ τι (βιβλίον) ἀποξενώσῃ, νὰ (sic) ἔχῃ τὰς ἀρὰς τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων, καὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. Et fol. 2. antiquiori charactere: βιβλίον τῆς πρώτης θέσεως λδ'. i. *Si quis hunc librum abstulerit, incurrat in maledictiones trecentorum decem & octo deiferorum* (*Patrum*) *& S. Athanasii. Liber tricesimus quartus Plutei primi*, scilicet Lauræ ejusdem S. Athanasii in monte Atho, in cujus Bibliotheca appositus fuit per Monachum D. Macarium anno mundi 6726. Christi 1218. ut legitur in inferiori margine eâdem manu: διὰ τοῦ μοναχοῦ κυροῦ Μακαρίου πρεσβυτέρου, ἔτει ϛψκϛ'. Vide notam similem in Codice VIII. Primum folium, ut dictum est, consulto avulsum fuit, quia pertinet ad Codicem CCII. ubi repositum est. Ibi vide. In hoc continentur.

1°. Sancti Gregorii Nysseni Commentarius in Cantica Canticorum, distinctus sermonibus quindecim.

2°. Sancti Gregorii Nysseni Commentarius in Ecclesiasten. Ita quidem nuncupatur hic liber. Nihil tamen cum altero ejusdem argumenti libro, qui sub eodem nomine vulgatus est, simile aut affine habet, ut ex sequenti notitia manifestum erit. In duodecim sermones dividitur, quorum primus sic incipit: Ἄμελγε γάλα καὶ ἔσται σοι βούτυρον, φησί που τὸ προοιμιακὸν καὶ σοφώτατον λόγιον. τί τοῦτο φάσκον, ἢ δηλονότι τὴν ἐπιπόλαιον ἡμᾶς εἰσηγούμενον ἔννοιαν τῶν θείων γραφῶν ἐρευνᾷν φιλοκάλως καὶ φιλοπόνως, ἵν' ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀνακαλυφθῇ καὶ τὸ κατὰ βάθος ἀπορρητοτέρας καὶ λυσιτελεστέρας διανοίας τὸ κάλλος &c. fol. 128. (Prov. 30. 13.) Id est, *Mulge lac, & erit tibi butyrum. Quid sibi vult illud, nisi ut eam*

*quæ*

*quæ in superficie sita est, divinarum Scripturarum mentem cum studio & labore scrutemur, ut inde nobis secretioris utilisrisque sententiæ penitior pulcritudo reveletur &c.* In eodem sermone postquam auctor Ecclesiastæ initium interpretatus est, hæc subdit. Ἀλλὰ γὰρ τούτων οὕτως ἀποδειχθέντων ὑπὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, χρεὼν ἡ καλῶς ἔχειν ἡγησάμην παρασημήνασθαι καὶ εἰπεῖν, ὡς εἰκῆ καὶ μάτην ἔνιοι τῶν παλαιοτέρων ἐξηγητῶν ἐξειλήφασι τὸ, ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ περὶ τῶν ὄντων καὶ φαινομένων λέξεσιν αὐταῖς εἰπόντες. [ λέγει γὰρ οὐχ ἁπλῶς εἶναι μάταια τὰ ἐν τοῖς οὖσι φαινόμενα, ἀλλὰ καθ' ὑπέρθεσιν τῆς πρὸς τὸ μάταιον σημασίας. ] fol. 132. Id est. *His ita ab ipso veritatis verbo traditis, opportunum mihi visum est ostendere & dicere, quàm temere ac frustra veterum Interpretum quidam illud*, vanitas vanitatum, *de his & quæ revera sunt & tantum apparent intellexerint, ipsis verbis dicentes. [ Dicit enim* (Ecclesiastes) *non simpliciter vana esse ea quæ in rebus apparent, sed repetit & superaddit ad vanitatis significationem.* ] Uncinis inclusa ad verbum leguntur in Commentario ad Ecclesiasten, qui Gregorio Nysseno vulgo tribuitur, Tom. 1. pag. 377. D. 8. Ipsius nomen ad Codicis marginem prima manu adscriptum est, ut mirum profecto sit quomodo Librarius hunc Commentarium Gregorio Nysseno tribuat, ubi Gregorii Nysseni interpretatio confutatur. Pergit enarrator alterius Interpretis expositionem fusius confutare, ad cujus marginem scriptum est, ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ. Quod & in sermone quarto factum observatur fol. 180. verso.

CODEX LVIII. olim CCCLXXIX. membranaceus, X. sæculi, cujus folia numerantur 365. Βίβλος Ναθαναὴλ ἱερομονάχου τοῦ Κακούτζη. i. *Liber Nathanaël Hieromonachi Cacutze.* Sic habet nota XIV. sæculi scripta fol. 52. Continentur autem in hoc Codice Gregorii Nysseni varia Opera, nimirum

In octo Beatitudines Homiliæ octo,
In Orationem Dominicam Homiliæ quinque,
De virginitate Liber in 24. capita distributus,
Commentarius in Ecclesiasten, idem qui editus,
Commentarius in Cantica Canticorum,
De Filii & Spiritûs Sancti divinitate & de Abraham, sermo magna ex parte mutilus.

CODEX LIX. olim LXXII. sæculi XIV. membranaceus, fine mutilus, foliis constans 267. quorum plura sunt vel maculis situque pene abrasa & fœdata vel lacera, quæ vitia comparent præsertim in foliis, 1. 43. 197. 199. 200. 207. 222. 231. 235. 247. 248. 255. 262. & seqq. Hujus Codicis duo folia olim ea fuerunt omnino avulsa quæ adaptata fuerant in intervallis quæ sunt inter folia 3. & 4. atque inter folia 59. & 123. Scriptura per binas singulis in foliis columnas digesta valde mendosa est cùm propter accentus spiritusve male collocatos, tum maxime propter crebram aut vocalium η ι υ ο ω aut diphthongorum αι ει οι υι commutationem: in ipsaque tituli omnes præter unum fol. 25. verso, ac prima Opusculi cujusque, capitis, aliæve distinctionis littera, & aliquando capitis numerus cinnabari fulgent.

Complectitur Codex S. Ephræm gente Syri & Monachi Basilio magno æqualis Opuscula sex & septuaginta, quibus diversus est titulus, ut modo ἐπιστολή, modo qui potissimum convenit παραινέσεις, modo μακαρισμοί, modo λόγος vel λόγος ἀσκητικός. Præterea inest ad Codicis calcem de S. Mariæ Ægyptiæ vitâ tractatus a S. Sophronio Hierosolymorum Archiepiscopo compositus, ipseque fine mutilus. Quæ omnia Opuscula quot & qualia quove ordine sint, ut clarius pateat, uniuscujusque & locum seu folium in quo inest & titulum & initium hîc apponam; simulque per titulos & initia siquando inter sese discrepent Codices LIX. & LX. indicabo.

*Ut ipse cognoscis ex rerum eventu,*
*Itemque hic qui sermonis & oris aurei nomine insignitur.*
*Scriba vero adest ad supplicandum,*
*Nobiscum petens gratiam tuam,*
*Quem benigne respicias & nutrias, ô Imperator.*

Licet autem hoc ævo ars picturæ jaceret, vultus Imperatoris quater repetitus in quatuor Tabellis, ne minimam quidem in ulla formæ varietatem exhibet. Codex licet ejusdem sæculi XI. esse videatur ex characterum forma, non Nicephoro Botaniatæ exaratus videtur, sed alteri Imperatori qui prius decesserat. Nam picturæ priores, quæ in duobus foliis ex utraque facie depictis erant, excisæ sunt: ita tamen ut limbus totus qui circa fundum Tabellarum aureum ad ornatum habetur, relinqueretur cum marginibus undequaque & carminibus quæ in supremo margine habentur; & loco priorum Tabellarum quæ alium Imperatorem repræsentabant, hæ novæ Nicephori Botaniatæ agglutinarentur. Carmina quippe hujusmodi sunt, quæ cuilibet Imperatori adaptari valeant.

CODEX LXXX. olim XLIX. membranaceus, XI. sæculi, foliorum 432. Quatuor priora folia cum totidem postremis partem continent vitæ S. Gregorii Agrigentini, cujus initium habetur in fine Codicis LXXI. Cætera complectuntur Theodoreti interpretationem in Psalmos 150. additis ad marginem Scholiis interdum sine auctoris nomine, sæpius excerptis ex variis Patribus; scilicet ex Asterio Ariano, Athanasio Alexandrino, Basilio, Cyrillo Alexandrino, Didymo, (semel additur, Monacho,) Diodoro Tarsensi, (aliquando additur, hæretico,) Eusebio Nicomediensi, Eusebio Pamphili, Georgio, Gregorio Nysseno, Gregorio Theologo, Hesychio Presbytero Hierosolymitano, Hieronymo Presbytero Hierosolymitano, Joanne Chrysostomo, Isidoro Pelusiota, Maximo Monacho, Theodoreto (l. Theodoro) Heracleota, Theodoreto ipso Cypri (l. Cyri) Episcopo, & Theodoto Ancyrano.

Fuit olim hic liber sanctæ Enclistræ, ut habet nota fol. 431.

CODEX LXXXI. olim CCC. membranaceus, XI. sæculi, foliorum 386. Βίβλος τῶν κατηχουμένων τῆς ἱερᾶς Λαύρας. Sic scribitur in fine Codicis. In eo ejusdem Theodoreti expositio in Psalmos, cujus præfatio folio primo. Scholia marginibus adscripta, sed non frequenter occurrunt, nec præmisso authoris nomine. Hesychius solus bis nominatur. Interdum etiam adnotantur Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, aliorumque Interpretum Lectiones, præter eas quas habet Theodoretus. Iis usi sumus in Collectione Hexaplorum.

A fol. 344. ad finem usque, Catena in Cantica Sacræ Scripturæ, scilicet Moy-

ſis in Exodo cap. 15. ejuſdem in Deuteronomio cap. 32. Annæ 1. Reg. 2. Heſaïæ cap. 26. Ezechiæ regis Heſaï. cap. 38. trium puerorum Dan. 3. Jonæ cap. 2. In Orationem Habacuc, cap. 3. & in Cantica Novi Teſtamenti, Luc. cap. 1. & 2. Conſtat autem hæc Catena excerptis Patrum Authorumque qui ſequuntur, quibus aliqua miſcuit anonymus conſarcinator.

Anepigraphi,
Chryſoſtomi,
Cyrilli Alexandrini,
Didymi,
Eudoxii Philoſophi,
Euſebii Cæſarienſis,
Gennadii,
Gregorii Nazianzeni,
Gregorii Nyſſeni,
Heſychii,
Hippolyti Epiſcopi Romæ, *i.* Portus-Romani,
Nicolai Preſbyteri,
Origenis,
Polychronii,
Severi Antiocheni, ἀπὸ λόγου κη΄. ρις΄. ἐκ τῆς πρὸς Ἰωάννην πρεσβύτερον ἐπιστολῆς. ἐκ τῆς πρὸς Ἀμμώνιον καὶ Γέζον ἐπιστολῆς. ἐκ τῆς πρὸς Κομήτην (ſic bis) ἐπιστολῆς. ἐκ τοῦ κατὰ τοῦ γραμματικοῦ λόγου γ΄. κεφ. ς΄.
Theodoreti,
Theodori Heracleotæ,
Victoris.

Ακυλὶν quoque nomen in margine ſæpe legitur, ſed mendum eſt graphicum pro Ακύλα, cujus Lectiones ſubjiciuntur ſicut & aliorum Interpretum, tam in textu quam in margine. Hæc Catena Latine edita eſt Tom. 1. Operum Theodoreti, Coloniæ Agrippinæ an. 1573.

CODEX LXXXII. olim CII. membranaceus, XI. circiter ſæculi, foliorum 293. in quo Commentarii Theodoreti in omnes Epiſtolas S. Pauli Apoſtoli. Exciſo poſtremo folio paucula deſiderantur in fine expoſitionis in Epiſtolam ad Philemonem.

CODEX LXXXIII. olim CCCXLVIII. membranaceus, X. circiter ſæculi, foliorum 357. Continet ea quæ ſequuntur.

Theodoreti Epiſcopi Cyri liber de vitis Sanctorum Patrum, qui dicitur φιλόθεος ἱστορία.

περὶ τῆς θείας ἀγάπης.

De divina dilectione (caput unicum) videtur eſſe præcedentis libri concluſio. Hoc habet initium. Ἡλίκοι μὲν οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταί, καὶ ὅσοι καὶ οἵοις λαμπρύνονται σοφῶς, (l. σαφῶς) διδάσκει τὰ περὶ αὐτῶν συγγραφέντα ἡμῖν διηγήματα &c. fol. 132. uſque ad 147.

Orationis Dominicæ expoſitio breviſſima, duabus contenta paginis. Recentiori manu ſcripta eſt.

Vitæ Sanctorum Patrum, ſeu Palladii hiſtoria Lauſiaca, fol. 148.

Ἱερωνύμου ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν Μοναχῶν ἱστορία, fol. 266. Id eſt: *Hiſtoria Monachorum Ægyptiorum.* Liber Hieronymo perperam adſcriptus. Similis fere argumenti librum Palladio adſcriptum jamdiu notum fecit Joannes Meurſius, in præfatione videlicet ad Lauſiacam hiſtoriam, quod opus Græce primus edidit ille Lugduni Batavorum anno 1616. *Eſt*, inquit, *in bibliotheca mea ejuſdem Auctoris* διήγησις περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐξασκηθέντων ἁγίων πατέρων. *Id quoque opus ſi placere hanc hiſtoriæ Lauſiacæ editionem intellexero, communicabo.* An idem qui hic noſter liber fuerit, incertum eſt. Vide notas Frontonis Ducæi in Lauſiacam Palladii, Tomo 2. Biblioth. Patrum Græcolatinæ. Authoris præfatio præmittitur, cujus initium hoc. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὁ καὶ ἡμᾶς καθοδηγήσας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ δείξας ἡμῖν μεγάλα καὶ θαυμαστά, καὶ μνήμης καὶ γραφῆς ἄξια &c. Id eſt: *Benedictus Deus qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad veritatis agnitionem venire. Qui & duxit nos in Ægyptum, ibique nobis oſtendit magna & mirabilia, memoriâ ſcriptoque digna.* Hunc librum conſcripſit, inquit, παρακληθεὶς συνεχῶς ὑπὸ τῆς εὐλαβοῦς ἀδελφότητος τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῶν ἐλαιῶν πολιτευομένης, id eſt, *frequenter rogatus a religioſa fraternitate quæ in ſancto monte Olivarum converſatur.* Deſcribit autem vitas Sanctorum Patrum, Joannis Lycopolitani, Abbatis Or, Ammonis, abbatis Be, Monachorum civita-

tis Oxyrynchi, Theonis, Eliæ, Apollo, Amun, Copretis, Pathermuthii, abbatis Surus, abbatis Elle, Apelle, Joannis, Paphnutii, Pityrionis, Eulogii Presbyteri, Isidori, Serapionis, Appollonii martyris, Dioscori, Monachorum Nitriæ, alterius Ammonii, alterius Didymi oculatissimi, Chronidis & eorum qui cum eo erant, Macarii Ægyptii, Amun, Macarii cognomento πολιτικοῦ, Pauli simplicis, Ammonæ, & Joannis. Deinde enumeratione factâ periculorum quibus hac in peregrinatione perfunctus est, claudit fol. 322. verso.

Sequitur iterum Palladii de Magnentino & de Evagrio. In Bibliotheca Patrum Græcolatina Tomo 2. utraque habetur, hæc quidem cap. 86. historiæ Lausiacæ. Prior vero cum conclusione præcedentis libri in unum caput 150. conjuncta, Latine tantum ex versione Gentiani Herveti.

Fol 326. Altera narratio Palladii vitæ Bragmanorum, quæ vocatur Paradisus, ad Joannem. Ἑτέρα διήγησις Παλλαδίου εἰς τὸν βίον τῶν Βραχμάνων, ἥτις λέγεται παράδεισος. Hunc librum ex unico Codice, sæpe a nostro insigniter variante Londini edidit Edoardus Bissæus anno 1668. hoc titulo. Παλλαδίου περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν καὶ τῶν Βραγμάνων.

Fol. 342. verso. Ex τοῦ δ'. λόγου τῆς ἐπανόδου τοῦ Χρυσοστόμου, συγγραφεὶς (sic) παρὰ Κοσμᾶ τοῦ Βεστίτορος, περὶ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας. Id est: *Ex quarto libro reditus Chrysostomi, scripto a Cosma Vestitore, de sancto Cyrillo Alexandrino.* Initium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Finis vero, τοῦ μίαν εἶναι σύμπνοιαν Ἰωάννου καὶ Κυρίλλου τῶν θεοφθόγγων φωστήρων.

Denique fol. 344. historia Tobit, ut in vulgatis Bibliis. Pauculæ lineæ ex fine cum postremo Codicis folio deerant quas manus recens in imo margine supplevit, hâc additâ notâ: Ἡ παροῦσα βίβλος ἐστὶ τῆς σεβασμίας μονῆς καὶ ἱερᾶς τοῦ ἁγίου Νικολάου τοῦ ἐπίκλην Σταυρονικήτα. Id est: *Hic liber est augusti & sacri Monasterii sancti Nicolai cognomento Stauroniceta.* De quo Monasterio vide in Palæographia Græca libro VII.

Ut ad Hieronymi historiam Monachorum redeamus, fol. 266. ejus titulus sic habet. Ἱερωνύμου ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ἱστορία. Init. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι &c. Est Prooemium operis. Postea sequuntur vitæ Abbatum & Monachorum singulatim, hoc ritu.

α'. περὶ Ἰωάννου τοῦ ἐν Λυκῷ. Init. ἐθεασάμεθα οὖν ἐν τοῖς ὁρίοις Λυκῷ.
β'. περὶ ἀββᾶ Ὤρ. Init. ἐθεασάμεθα δὲ καὶ ἕτερον ἄνδρα.
γ'. περὶ ἀββᾶ Ἀμμῶνος.
δ'. περὶ ἀββᾶ Βῆ.
ε'. περὶ Ἐξορύγχου (sic, lege Ὀξυρύγχου.) Init. παρεγενόμεθα καὶ ἐν Ἐξορύγχῳ πόλιν τινὰ Θηβαΐδος. (sic)
ϛ'. περὶ Θέωνος.
ζ'. περὶ Ἠλία.
η'. περὶ Ἀπολλῶ.
θ'. περὶ Ἀμοῦν.
ι'. περὶ Κόπρη. In his non ponimus initia, quia vix differunt ab Editis.
Consequenter περὶ Παθερμουθίου. Init. ἦν γάρ τις πατὴρ παρ' ἡμῖν.
ια'. περὶ ἀββᾶ Σούρους.
ιβ'. περὶ ἀββᾶ Ἐλλή.
ιγ'. περὶ Ἀπελλῆ.
ιδ'. περὶ Παφνουτίου.
ιε'. περὶ Πιτυρίωνος.
ιϛ'. περὶ Εὐλογίου πρεσβυτέρου.
ιζ'. περὶ Ἰσιδώρου.
ιη'. περὶ Σεραπίωνος.
ιθ'. περὶ Ἀπολλωνίου τοῦ μάρτυρος.
κ'. περὶ Διοσκόρου, ubi etiam de Monachis Nitriæ.

κα΄. περὶ Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου. Init. διηγοῦντο δὲ ἡμῖν πολλοὶ τῶν ἐκεῖ.
κϐ΄. περὶ Αμμωνᾶ. Init. ἦν δέ τις περὶ τοῦτο ἐν τῆς Νιτρείας. (sic)
κγ΄. περὶ Μακαρίου τοῦ πολιτικοῦ. Init. ἄλλον δέ φησι Μακάριον . . .
κδ΄. περὶ Παύλου. Init. γέγονε δέ τις μαθητὴς Αντωνίου.

Sequitur nomine Palladii, περὶ Μαγνητίνης.

CODEX LXXXIV. olim CXLV. Latinogræcus, membranaceus, cujus folia numerantur 160. Boëtius de consolatione Latine & Græce, cum Commentariis Latinis. In imo margine folii primi recentiore manu scribitur, versionem Græcam esse Maximi Planudis. In fine legitur hæc nota initio mutila. . . . *In Monasterio* . . . . *Paduæ agentibus, vir venerabilis ac devotus Christi Sacerdos, & bonarum artium cultor; Græce, Latine, Hebraice æque peritissimus D. Petrus Montagnana, optimâ fide, pietatis studio proque salute adscripsit atque donavit. Quem quisque legens proficiat primum, deinde sit gratus.* 1478.

CODEX LXXXV. olim CCLXXI. bombycinus, XV. sæculi, foliorum 363.

Initio legitur: Τῶν κατηχουμένων τῆς ἱερᾶς Λαύρας τοῦ ἁγίου Αθανασίου. προσετέθη παρὰ τοῦ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς κυροῦ Μάρκου τοῦ Κυρτοῦ. Id est: *Liber Catechumenorum sacræ Lauræ sancti Athanasii (in monte Atho.) Appositus est ab honoratissimo inter Monachos Domno Marco Curto.*

Continet omnia Opera S. Dionysii Areopagitæ, cum Paraphrasi Georgii Pachymeræ, additis ad marginem S. Maximi Scholiis, quæ omnia edita sunt a Balthazare Corderio Antuerpiæ anno 1634.

CODEX LXXXVI. olim CCLXXIII. membranaceus, XII. circiter sæculi, foliis 379. constans. Βίϐλος τῆς ἱερᾶς μονῆς τοῦ μεγάλου Νικολάου τοῦ ἐπίκλην Σταυρονικήτα, fol. 396. verso. Id est: *Liber sacri Monasterii magni Nicolai cognomento Stauronicetæ.* In eo continentur sancti Dionysii Areopagitæ Athenarum Episcopi Opera cum Scholiis S. Maximi. Præfixum habet Glossarium Alphabeticum vocum quarumdam, quæ his in libris occurrunt & explanatione indigere visæ sunt.

Sancti Dionysi libris succedunt fragmenta ex aliis Scriptoribus collecta, nempe fol. 391. ex Polycratis ἐπισκόπου Ephesiorum Archiepiscopi Epistola ad Victorem τὸν ἐπίσκοπον Archiepiscopum magnæ Romæ. Euseb. L. 5. Hist. Eccles. cap. 24.

Ibidem, Clementis Presbyteri Alexandrini, Præfecti Scholæ, ex libro cui titulus est: *Quis dives sit salvus?* Historia est juvenis illius quem ex latrocinio ad meliorem frugem sanctus Joannes Apostolus revocavit. Est apud Eusebium L. 3. Hist. Eccles. cap. 23.

Fol. 394. Φίλωνος περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων ἐν Αἰγύπτῳ Χριστιανῶν ἅμα καὶ μοναχῶν, ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένου αὐτῷ λόγου· περὶ βίου θεωρητικοῦ, ἢ περὶ οἰκετῶν (sic, l. ἱκετῶν.) Id est: *Philonis de iis qui in Ægypto ex circumcisione crediderant, Christianis simul & Monachis, ex libro qui inscribitur, De Vita Contemplativa, sive de Hicetis.*

Hinc exscriptis sex fragmentis illud veluti Scholium subjungitur. Μέμνηται τούτων καὶ Εὐσέϐιος ὁ Παμφίλου. τινὲς δέ φασι ταῦτα τὸν Φίλωνα περὶ τῶν κοινῶν Ιουδαίων εἰπεῖν, ἄλλοι περὶ Εσσαίων Εϐιωναίων, ἄλλοι περὶ Ναζαραίων Ιουδαίων, ἄλλοι περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστῶν καὶ πεπιστευκότων ἐπὶ Χριστὸν καὶ φυλαττόντων τὸν νόμον Μωσέως τυπικῶς, ἄλλοι περὶ τελείων Χριστιανῶν. οἷαι (sic) εἴποσαν αἱρέσεως, μοναχικὸν ζῶντες βίον, θεραπευταὶ εἰκότως ὠνομάζοντο. οὐ μόνον Εὐσέϐιος ὁ Παμφίλου καὶ Φίλων ὁ Ιουδαῖος, ἀλλὰ καὶ ὁ μακάριος Διονύσιος ὁ Αρεοπαγίτης ὁ μαθητὴς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου ὁ γενόμενος Αθηνῶν ἐπίσκοπος, ἐν τῷ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας τοὺς μοναχοὺς ἔφη τὸ παλαιὸν θεραπευτὰς ὀνομάζεσθαι. Τοῦ δὲ μακαρίου Διονυσίου τοῦ Αρεοπαγίτου. Id est: *Horum meminit etiam Eusebius Pamphili. Quidam vero dicunt hæc Philonem dixisse de communibus Judæis; alii de Essenis Ebionæis; alii de Nazaræis Judæis; alii de iis qui ex circumcisione fideles erant & crediderant in Christum, ac legem Mosis in figura servabant; alii de perfectis Christianis. Qui hujus sectæ erant, monasticam vitam ducentes, Therapeutæ jure vocabantur. Non solum Eusebius Pamphili & Philo Judæus, sed etiam beatus Dionysius Areopagita discipulus sancti Pauli Apostoli, qui fuit Athenarum Episcopus, in libro de Ecclesiastica Hierarchia ait Monachos*

*nachos*

*nachos olim vocatos fuisse Therapeutas. Beati vero Dionysii Areopagitæ &c.* Huc desinit Codex.

CODEX LXXXVII. olim CCXCI. bombycinus, exscriptus XIV. circiter sæculo ex alio Codice vetustate penitus exstincto ὁλοτελῶς ἐσβεσμένῳ, ut monet nota marginalis fol. 296. Folia habet 300. quibus continetur sancti Joannis Climaci Scholastici, Abbatis montis Sina Scala, cum prolixis Commentariis Photio attributis. Ἐξήγησις τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυροῦ Φωτίου εἰς τὴν κλίμακος βίβλον. Προοίμιον. Ὅστις καὶ ὅσος τὴν ἀρετὴν ὁ τὴν παροῦσαν βίβλον συνθεὶς &c. In caput vero primum sic orditur: Πρὸς τοὺς εὐσεβῶς καὶ πιστῶς βιασαμένους τὸ μέγαν τοῦτον τὴν βίβλον ταύτην συνθεῖναι ὁ τοῦ παρόντος λόγου προοίμιον ἀποτείνεται &c. Has exegeses alter Codex num. LXXXIX. aliis quibusdam a Radero in Isagoge ad Scalam S. Joannis laudatis Codicibus assentiens, Eliæ Cretensi vendicat. Et merito quidem. Nam Elias inter Scalæ Scholiastas notissimus est. Photium vero hanc in rem operam suam collocasse hactenus inauditum. Alterum ex Bavarica Bibliotheca Codicem Raderus olim conspexit, cujus initio scriptum erat, Φωτίου τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Quæ verba hunc librum olim Photii fuisse indicant, ut ibidem Raderus autumat. At hinc forsan objectus error Librario qui ex Photiano Codice Coislinianum exscripserit, ut Photium harum Exegeseωn auctorem crediderit. Hæc conjecturæ tantum fidem habeant. Ad Codicem redeo.

Præmittitur initio Synopsis totius libri 92. Iambis exposita. Deinde Epistola Joannis Abbatis Raïthu ad Joannem Abbatem montis Sina; hujus responsio, ejusdemque vita per Danielem Monachum Raïthinum. Calcem libri obtinet Joannis Climaci ad Pastorem exhortatio Commentariis destituta.

CODEX LXXXVIII. olim CCCLXIX. membranaceus, XI. circiter sæculi, foliis 229. constat. Sancti Joannis Climaci vita per Danielem Raïthinum, ejusdem Scala, & Exhortatio ad Pastorem. Omnia cum raris brevibusque Scholiis margini adscriptis, & ex eo qui in præcedenti Codice habetur Commentario plerumque excerptis.

Initio libri imago depicta, sed paululum lacera & labefactata Climacum exhibet sedentem, librumque suum scribentem. Sequitur Protheoria sacræ Scalæ, Indexque eorum quæ in hoc Codice continentur. Itemque fol. 12. verso alter specialis libri κλίμακος aureis litteris scriptus.

Folio 8. verso hoc habetur Calligraphi monitum. Παρακαλῶ τοὺς ἐντυγχανόντας τῇ θείᾳ ταύτῃ καὶ ἱερᾷ βίβλῳ... μὴ μέμψασθαί μοι τῷ ἀφυεῖ καλλιγράφῳ, εἴ τινα τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων ἐνήλλαξα. οὐ γὰρ ὡς τι καινότερον αὐτὸς ἐνδεικνύμενος ἐποίησα τοῦτο, ἀλλ᾽ εἰδὼς ὅτι πολλὰ παρὰ τῆς ἀμαθίας τῶν κατὰ καιροὺς γραφόντων * παρεποίηται... ὅσα ἠδυνήθην ἐπεσκεψάμην, φροντίσας μέντοι μετὰ πάσης ἐπιμελείας τοῦ πατρικοῦ χαρακτῆρος, καὶ τοῦ σκοποῦ αὐτοῦ παρακολουθήσας ἐν ἀκριβείᾳ. μὴ οὖν τίς μοι μεμφέσθω τούτου χάριν. i. *Rogo eos qui hunc divinum sacrumque librum lecturi sunt, ne mihi succenseant inepto Calligrapho, si quædam verba nominaque in eo mutaverim. Non enim innovandi animo id feci; sed gnarus multa per imperitiam Librariorum præteriti ævi depravata fuisse, pro facultate mea advigilavi, cum omni sollicitudine patris characterem & stylum attendi, ejusque scopum sectatus sum accuratissime. Illud igitur nemo mihi vitio vertat.*

CODEX LXXXIX. olim CLXXXIII. membranaceus, XIV. sæculi, foliorum 393. Κτῆμα μονῆς τοῦ κυροῦ Διονυσίου, *liber Monasterii Domni Dionysii.* Sic fol. 1. In eo continetur Scala sancti Joannis Climaci cognomento Scholastici cum Commentariis iisdem qui in Codice LXXXVII. habentur, sed Auctori suo Eliæ Cretensi restitutis. Τοῦ θεοφιλεστάτου μητροπολίτου Κρήτης κυροῦ Ἡλίου ἑρμηνεία τῆς ἐξηγήσεως τῆς ἱερᾶς καὶ θείας Κλίμακος τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου καθηγουμένου ὄρους Σινᾶ, τοῦ ἐπίκλην Σχολαστικοῦ. Vide supra. Ad finem Codicis picta Scala, & e regione Index Graduum ut in Cod. LXXXVIII. Ultimum folium hanc Calligraphi notam Iambis expressam effert.

Καὶ τὴν δὲ λαμπρὰν οὐρανοδρόμον βίβλον,

Τὴν τοὺς βροτοὺς φέρουσαν ἄνω πρὸς πόλον,
Τὴν τῶν ἁπασῶν ἀρετῶν πεπλησμένην,
Τὴν τῆς κλίμακος τοῦ σοφοῦ Ἰωάννου
Κτᾶται σφοδρῷ τε καὶ διαπύρῳ πόθῳ
Ὁ Συναδηνὸς Κομνηνὸς Ἰωάννης,
Ἀνακτόγαμβρος στρατοπεδάρχης μέγας.
Εἰδὼς γὰρ αὐτὴν στερρὰν αὐχοῦσαν βάσιν
Ἐς οὐρανὸν φθάνουσαν, αὐτῆς δὲ πλάτει
Τὰς ἀρετὰς ἔχουσαν ὥσπερ βαθμίδας,
Ποθεῖ δι' αὐτῆς μέχρις οὐρανοῦ φθάσαι,
Καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι τῶν ἄνω.
Ὃ καὶ γένοιτο, παντάναξ παντοκράτορ.
Αὕτη δ' ἐγράφη παρ' ἐμοῦ Κωνσταντίνου,
Ἁγιοευφημίτου προσκεκλημένου.

Id est :

*Hunc quoque splendidum ad cœlum tendentem librum,*
*Qui mortales sursum ad polum ducit*
*Omni virtutum genere repletus,*
*Joannis scilicet Climaci sapientis,*
*Vehementi cum amore possidet*
*Joannes Comnenus Synadenus*
*Imperatoris gener, dux exercitûs magnus.*
*Sciens quippe ipsam solidam esse gloriosamque basim*
*Quæ ad cœlum pertingit, in suaque latitudine*
*Virtutes habere veluti gradus;*
*Per eam optat ad cœlum usque penetrare,*
*Supernisque frui bonis.*
*Quod utinam eveniat, omnium Rex & Imperator!*
*Hic vero scriptus est per me Constantinum,*
*Qui Hagioeuphemites sive sancti Euphemii cognominor.*

CODEX XC. olim CCLII. membranaceus, XII. circiter sæculi, foliorum 283. Βιβλίον τῶν κατηχουμένων τῆς Λαύρας ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου. i. *Liber Catechumenorum Lauræ S. Patris nostri Athanasii* (in monte Atho.) Ita initio & fine Codicis scriptum.

Sancti Maximi Operum pars magna, cum Scholiis libri marginibus non frequenter adscriptis, de quibus in Prologo sub ipsius Maximi nomine præfixo monentur Lector Librariusque, ne in legendo aut exscribendo ea prætereant, ut videre est in ejusdem sancti Patris Operum editione, in qua adornanda Combefisius usus est hoc Codice aliisque Coislinianis, tunc Bibliothecæ Seguerianæ.

Hujus Codicis Operum magna pars in Edito Combefisiano non comparet, quia ad tertium Tomum ab eodem destinabantur, ut ipse monet. Sed fato præoccupatus fidem liberare non potuit.

1°. fol. 141. Περὶ διαφόρων ἀπόρων τῶν ἁγίων Διονυσίου καὶ Γρηγορίου πρὸς Θωμᾶν τὸν ἡγιασμένον. Initium : Ἀπλανοῦς θεωρίας καὶ ἐμμελοῦς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς ἔστι λαβεῖν ἀναλλοίωτον &c. Deinde sequuntur quatuor capita in primam sancti Gregorii Orationem de Filio; quintum vero in Dionysii Areopagitæ Athenarum Episcopi Epistolam ad Gaïum Therapeutam.

2°. fol. 147. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον Κυζίκου. Initium : Ἐπαινοῦνται μὲν καὶ τυχεῖν δικαίως παρὰ πάντων τῆς φιλομαθίας ἕνεκεν οἱ προθυμότεροι καλῶν ἐρασταί &c. Tum sequuntur fusissimi in varias Nazianzeni Orationes Commentarii usque ad fol. 218. inclusive.

Ultimus Codicis libellus, scilicet *Capita Practica* (Edit. *Oeconomica*) & *Theologica*, fine mutilus ad caput 97. Centuriæ primæ pervenit, tribus ultimis cum quatuor aliis Centuriis integris abscissis.

CODEX XCI. olim CCCLXXVIII. membranaceus, foliis conſtans 283. cujus ætatem indicat nota ſequens in fine ſcripta: Ἐτελειώθη σὺν Θεῷ ἡ βίβλος αὕτη μηνὶ Μαΐῳ κβʹ. ἐν Ἰνδικ. ζʹ. ἔτει ςφοζʹ. i. *Perfectus eſt Deo juvante hic liber 22. menſis Maii, indictione 7. anno mundi 6577.* (Chriſti 1069.)

Continet vero ſancti Joannis Damaſceni Dialectica capita 50. ejuſdemque librum de Fide orthodoxa in 150. capita diſtributum. Hoc aliiſque Bibliothecæ Coiſlinianæ Codicibus uſus eſt eruditiſſimus, mihique amiciſſimus P. Michaël Lequien qui novam egregiamque ſancti Joannis Damaſceni Editionem in publicum nuper emiſit.

CODEX XCII. olim CCXII. bombycinus, X. circiter ſæculi, foliorum 172. Continet ſancti Joannis Damaſceni Opera quæ ſequuntur.

Introductio dogmatum ad Joannem Laodicenum.
De duabus in Chriſto voluntatibus & operationibus.
Dialectica capita 50.
De orthodoxa Fide liber in capita 99. diſtributus.
Liber de hæreſibus.
Contra Neſtorianos.
De Imaginibus oratio I.
De Adoratione. Pars eſt orationis 3. de Imaginibus.
Teſtimonia Patrum de Imaginibus.
De natura compoſita contra Acephalos.

CODEX XCIII. olim CVI. bombycinus, eximiæ nihilominus notæ & antiquus, videlicet XI. circiter ſæculi. Folia ſunt 603. Continet ſancti Nicephori Patriarchæ C. P. libros pro Fide orthodoxa adverſus Iconomachorum falſas criminationes & perverſa dogmata. Horum librorum ineditorum Conſpectum ante aliquot annos vulgavit V. Cl. D. Anſelmus Bandurius. Librorum tantum argumenta & initia, ut in hoc Codice jacent, repræſentabimus.

Primus liber initio mutilus eſt, ſed ex ſequentibus agnoſcitur eſſe Anthirrheticus. Exordium habet circa initium capitis ſecundi. Nam hiſtoria Imaginis Chriſti Edeſſenæ folio primo verſo legitur. Pars ejuſdem Antirrhetici ſecunda ſine ulla diſtinctione incipit fol. 67. verſo ad illa, ut puto, verba: Ἵνα δὲ μή τις σκανδαλίζοιτο &c. Cætera interdum abſciſſis aut tranſpoſitis foliis mutila & perplexa ſunt, ſed reſtitui poſſunt ex uno Codice Regio; ac viciſſim quædam in Regio manca, ex hoc reſarciri poſſunt.

Fol. 259. ſequitur Λόγος ὑπὲρ τῆς ἀμωμήτου καὶ καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως, καὶ κατὰ τῶν δοξαζόντων εἴδωλα ἡμᾶς προσκεκυνηκέναι. Id eſt: *Liber pro irreprehenſibili puraque & ſincera fide Chriſtianorum, & contra eos qui idola a nobis adorari exiſtimant.* Initium: Καιρὸν εἶναι τῷ παντὶ πράγματι ὁ Σολομώντειος ἐκεῖνος καὶ σοφὸς ἡμᾶς ἐμπεδοῖ λόγος &c.

Fol. 271. verſo Appendix ad ſuperiorem Librum, ſeu teſtimonia Patrum ad confirmationem Doctrinæ Catholicæ. Præfixum eſt procemium cujus initium: Τὸ περὶ τῆς ἀμωμήτου καὶ εἰλικρινοῦς ἡμῶν πίστεως &c.

Fol. 277. verſo, Ἀντίῤῥησις καὶ ἀνατροπὴ τῶν παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Μαμωνᾶ, κατὰ τῆς σωτηρίου τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκώσεως ἀμαθῶς τε καὶ ἀθέως κενολογηθέντων ληρωμάτων. Id eſt: *Antirrheticus liber & refutatio ineptiarum, quas impius Mamonas* (i. Conſtantinus Copronymus) *contra ſalutarem Dei Verbi Incarnationem indocte & impie effutiit.* Initium: Οὕτω μὲν δὴ τῶν προτέρων ἡμῖν λόγων ἐκπεπόνηται ἀγώνισμα &c.

Fol. 320. verſo, Antirrheticus ſecundus cujus initium: Ἀπρυτιώσας ὁ Μαμωνᾶς &c.

Fol. 338. Antirrheticus tertius cujus initium: Ἄλλοι τῆς ἀπιστίας παραγασμοὶ &c.

Fol. 410. verſo, Appendix ad præcedentes libros ſeu teſtimonia Patrum, quibus præfixum procemium ſic incipit: Τῶν ἐν χερσὶν ἡμῖν ἤδη διηνυσμένων &c.

Fol. 431. verſo, Ἀντίῤῥησις καὶ ἀνασκευὴ τῶν Εὐσεβίου καὶ Ἐπιφανίδου λόγων τῶν κατὰ τῆς τοῦ σω-

πατρὸς ἡμῶν Χριστοῦ σαρκώσεως ληρωδηθέντων. Id est: *Antirrheticus & confutatio eorum quæ Eusebius & Epiphanides contra Servatoris nostri Christi Incarnationem inepte disseruerunt.* Pars prior contra Eusebium sic incipit: Ἤδη μὲν οὖν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἡμῖν εἰρημένοις &c. Pars altera contra Epiphanidem sic: Τοῖς οὖν προδιελωβημένοις ἡ μὲν ἐπιγραφὴ &c.

Fol. 550. Appendix, seu χρήσεις αἱρετικῶν quæ Antirrhetico contra Epiphanidem subjunctæ sunt.

Fol. 552. verso, Πρόλογος καὶ ἀνατροπὴ τῶν διεναντίας (sic) χρήσεων. Id est, *Prologus & confutatio testimoniorum, quæ in contrariam partem afferuntur.* Hujus initium: Καὶ ἀναγκαῖα νομίζω καὶ δίκαια &c.

Fol. 587. Ἐπίκρισις ἤτοι διασάφησις τῶν οὐκ ὀρθῶς ἐκληφθεισῶν κατὰ τῶν ἱερῶν εἰκόνων χρήσεων, γνωσθεῖσα παρὰ τῶν προεστώτων τοῦ ὀρθοῦ τῆς ἐκκλησίας δόγματος. Id est, *De testimoniis quæ non sincere contra sacras Imagines usurpata sunt, judicium seu declaratio Antistitum orthodoxorum.* Procemium sic incipit: Αἱ τῶν ἱερογράφων δέλτων θεοπαράδοτοι ῥήσεις &c.

CODEX XCIV. olim CCXC. bombycinus, XIV. circiter sæculi, foliis 290. constat. Sancti Theodori Studitæ Epistolæ hoc titulo: Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου ἐκ τῶν διαφόρων αὐτοῦ ἐπιστολῶν ἐκλογῆς (l. ἐκλογὴ) τῆς πρώτης καὶ δευτέρας ἐξορίας. Id est, *S Patris nostri & confessoris Theodori Hegumeni Studitarum selectæ ex diversis Epistolæ primi & secundi exilii.*

Præmittitur Index Epistolarum quingentarum & viginti sex, quas cum aliis viginti duabus in fine additis & in Indice non notatis hic Codex complectitur; ita ut omnes Epistolæ sint numero 548.

Priores ducentæ novemdecim e numero sunt Editarum Tomo 5. Operum Sirmondi. At lacunæ in Edito multæ & latissimæ occurrunt quæ fere omnes ex hoc Codice sarciri possunt. Videlicet,

L. 2. Epist. 93. ad Præpositam Gordinensis Monasterii ab initio mutila statim fere desinit, quæ in Codice integra habetur fol. 48. Et similiter sequens, quæ in Edito *Eudoconi Virgini* inscribitur, initio mutila est.

Epist. 95. Basilio Præposito fine in Edito decurtata, in Ms. Codice integra est fol. 48. verso, ut & sequens *Nicetæ Curatori*, cujus principium in Edito desideratur.

Epistola 135. catechetica fine, & sequens ad Theodorum (Ms. *Theodotum*) Strategum, initio mutilæ sunt, quas integras repræsentat Cod. Ms. fol. 179.

Epistola 185. *Eliæ Presbytero* magnâ interpositâ lacunâ cum alterius Epistolæ parte postrema in Edito conjungitur. Duæ sunt in Ms. Epistolæ. & integræ, prior ad Heliam, altera ad Macarium Monachum, fol. 195. quæ postrema ibi inscribitur *Theodoro Stratego.*

Epistola 200. ad Petrum Nicænum fine, & 201. ad Philotheum Possessorem initio carent. In Codice Ms. integræ sunt, & inter utramque alia Epistola intercedit ad Symeonem Monachum inedita, cujus initium: Τὸ παρὰ τῆς τιμιότητός σου &c. fol. 203. In cæteris multa deprehendet vitia, si quis novam Editionem parabit. Nam vir doctissimus & accuratissimus Jacobus Sirmondus Codice mutilo ac mendoso usus est.

Supersunt præterea Epistolæ ducentæ & septuaginta septem, numquam hactenus emissæ in lucem, quarum laterculum damus. Incipiunt a fol. 210. verso, ubi

Epistola 272. ad Josephum fratrem & Archiepiscopum tertio exulem. Initium: ἐδεξάμην τὰ γράμματα τῆς σῆς ἀγιωσύνης &c.

273. ad eumdem. Initium: δὶς ἄρτι ἐπιστελλόμεθα τὴν ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ἄφιξιν &c.

274. Euthymio Sardensi. ἐμακρύνθη σου ἡ ὁσιότης &c.

275. Ignatio Episcopo Mileti. εὕρημα καλὸν ἐθηράσω &c.

276. Joanni Præposito Chalcedon. in exilium misso. ἐδεξάμην ἀρχαῖον γράμμα &c.

277. Irenæ Patriciæ. σοὶ πρέπει ὕμνος &c.

278. Zachariæ σπαθάρῳ. ἀσπάζομαί σε, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ &c.

279.

279. Athanasio filio. ἔγνω ὁ θεὸς τοὺς ὄντας αὐτοῦ.
280. Timotheo filio. ὦ καλὲ Τιμόθεε.
281. Anatolio & Sabbatio filiis. τρίτην ταύτην ἐπιστολὴν ὑμῖν.
282. Petro Nicææ. πολλάκις προθέμενος ἐπιστεῖλαι.
283. Josepho Præposito. ἐνήνοχεν ὁ καιρός.
284. Gregoræ laïco. ἡ πολλή σου καὶ θερμὴ διακονία.
285. Annæ Præpositæ inclusæ ob Christum. τί αὖ ἀκούσας περὶ τῆς ἱερότητός σου.
286. Leoni Patricio. Εἰ αὐτὸς οὐκ ἄλλοσε δεῖ ποιεῖν.
287. Irenæ Patriciæ domo ob fidem ejectæ. ἐγὼ κἂν οὐ δέχομαι γράμματα.
288. Moscho laïco. πολλά σου τὰ ἀγαθά.
289. Euschemoni Lampsaceno. ἔγνων ὡς ἡ ὁσιότης σου εἴληπται ὑπὸ τῶν διωκτῶν.
290. Hilarioni Archimandritæ. ἄξιον ὀψὲ τοῦ καιροῦ ἀσπάσασθαι.
291. Grammaticis duobus fratribus. οὐκ ἦν ἰσχὺς τὸ γράμμα τὸ ἐμόν.
292. Stephano consobrino. ἔμαθον ὡς κρατεῖσαι (sic) καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν.
293. Κηροπράτῃ, *Cerario.* ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις.
294. Leoni ἀρωματοπράτῃ, *aromatario.* ἐπιστέλλω σοι καὶ ὡς ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ.
295. Politiano domestico. ὄντως ἔργῳ καὶ λόγῳ φίλος εἶ.
296. Annæ moniali. καὶ μὴ δεχόμενος ἀντιγράφα.
297. Zachariæ Hypato. καὶ πάλιν γράψαι τῇ θεοφιλεῖ εὐκλείᾳ σου.
298. Leoni amico. οὐκ ἐπιλέλησμαί σου, ὦ φίλε.
299. Hypato. ἐδεξάμην σου, ἀδελφέ.
300. Ἀνεπίγραφος. οὐκ ἔδει τὸν τῆς εὐσεβείας.
301. Isidoro Byzantio. μνημονεύεις μου ἀεὶ, ὦ φίλε καλέ.
302. Georgio xenodocho. καταγώγιόν σου μανθάνω εἶναι.
303. Naucratio filio. ἐπειδὴ εὐδόκησεν ὁ ἀγαθὸς θεός.
304. Eidem. εὐχαρίστησα τῷ κυρίῳ ὁ ταπεινὸς ἰδὼν τὸν ἀδελφὸν Γρηγόριον.
305. Eidem. ἐν τοῖς πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀρχιεπίσκοπον γράμμασιν.
306. Eidem. πάντη περιλαμβάνεις τέκνον μου.
307. Eidem. τῷ ὄντι τέκνον ἤγαλλον ἐν τῇ βραδύτητι.
308. Eidem. καλῶς ἐποίησας, τέκνον μου.
309. Eidem. ἀπό τε τῆς προτέρας καὶ δευτέρας σου ἐπιστολῆς.
310. Eidem. τὸν ἀδελφὸν Σιλουανὸν ἅμα τῷ Δωροθέῳ.
311. Josepho fratri & Archiepiscopo. ἐγὼ εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου.
312. Euthymio Sardensi. δὶς ἄρτι ἐπιστέλλω τῇ μακαριότητί σου.
313. Patricio. ὀφειλέτην ἐμαυτὸν λογιζόμενος.
314. Athanasio filio. γράφω σοι τὰ νῦν, τέκνον μου.
315. Naucratio filio. καὶ μὴ παρεμπιπτούσης ἀφορμῆς γραμμάτων.
316. Eidem. ὁπότε ἔμαθον τὸν χαλκοθάλερον ἐπιστῆναι μόνον.
317. Eidem. ἐγρηγόρησας, τέκνον μου, δοῦναί μοι μικρὰν ἀμεριμνίαν.
318. Eidem. ὡς καλά σου τὰ γράμματα.
319. Eidem. ἰχθυϊκῶς ἡμᾶς ἐξεδίδαξας, ὦ τέκνον.
320. Eidem. ἐξέπληξέ με λίαν ἡ ἀσθένεια.
321. Eidem. κόπος ἐστί, τέκνον, ἐν τῷ τηλικούτῳ χειμῶνι.
322. Gregorio filio. νῦν καιρὸς καὶ μονομερῶς σοι ἐπιστεῖλαι.
323. Theoctisto filio. εἰ καὶ τῷ σώματι ἐχωρίσθην σου.
324. Dorotheo filio. καιρός μοι μονοπροσώπως σοι ἐπιστεῖλαι.
325. Basiano filio. καιρός μοι μονομερῶς σοι ἐπιστεῖλαι.
326. Thaddæo filio & confessori. ὦ Θαδδαῖε στρατιῶτα Χριστοῦ. Mutila est.
327. Letoïo filio. οὐ διὰ μακρᾶς περιόδου μοι ὁ λόγος.
328. Bessarioni filio. χαρά μοι ἐπὶ σοί, τέκνον μου.
329. Tito & Philoni filiis. ἐπισκέπτομαι ὑμᾶς.
330. Ignatio filio. καὶ οὐκ ἠδυνήθην.

331. Eidem. ὦ καλέ μου Ἰγνάτιε.
332. Naucratio filio. πεποιημένως ἀποκόπτου.
333. Eidem. αἱ περιστάσεις τῆς τῆς ψυχῆς ἀποστάσεις αὔξουσι.
334. Eidem. ὅσον ἠθύμησεν ἡμᾶς.
335. Eidem. καὶ ἀκήκοα τὰ γεγονότα καὶ τεθαύμακα.
336. Eidem. μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ.
337. Eidem. τὴν περὶ τὴν περιοχὴν τῆς ἐπιστολῆς σου.
338. Joanni Monacho Orientis. ἐπειδὴ καὶ αὖθις ἐπέστειλας.
339. Nicetæ Mandatori. διαγνοὺς τὴν μετὰ τῶν ἀδελφῶν.
340. Logothetissæ. ὁ καιρὸς χαλεπός.
341. Canonicis. ὅτι οὐκ ἐπιλέλησμαι.
342. Præpositæ. γνώριμος ἡμῖν ἐστιν ἡ σεμνοπρέπειά σου.
343. Hypatissæ. χρεώστην ἐμαυτὸν λογισάμενος.
344. Sergio Hypato & fratris filio. ἐπέστειλάς μοι.
345. Naucratio filio. τὸ σπουδαῖόν σου, τέκνον μου.
346. Eidem. ἤδη ἀπεσώθημεν, τέκνον μου.
347. Præpositæ. ἐπιδὼν τὴν δύναμιν τῶν τιμίων σου γραμμάτων.
348. Theodoro Spathario. τὴν ἐπιστολὴν ἄρτι εἰμὶ γράψων.
349. Naucratio filio. γίνωσκε, τέκνον μου.
350. Eidem. ἴσα ἐπέστειλας, τέκνον.
351. Eidem. τετράκις ἄρτι γράφων εἰμί.
352. Eidem. ἐπέγνωσας, τέκνον, τοῦ ἐπισκέψασθαι.
353. Letoïo filio. διὰ τῶν ἀμφοτέρων σου ἐπιστολῶν.
354. Eidem. οἷα χαίρω ὁ ταπεινὸς δεχόμενός σου λόγον.
355. Irenæ Patriciæ. καὶ γράφοντες καὶ μὴ γράφοντες.
356. Joanni Episcopo Sardensi. οὔπω μοι μέχρι τοῦ δεῦρο ἤκουσται.
357. Petro Nicææ. καλῶς με ἐπέστειλας.
358. Macario Præposito. ἐμοὶ χαρὰ πάντη μὲν ἄλλῳ ὁμιλεῖν.
359. Τῷ φίλῳ ὁ φίλος. καιρὸς μοι τοῦ γράφειν.
360. Irenæ & Calæ sororibus. ὅτι περιεκλήθη ἡ τιμία ὑμῶν δυάς.
361. Sergio Hypato & fratris filio. οὐχ ὅτε γράφω, τότε μνημονεύω σου.
362. Gregorio Clerico. χαῖρε στρατιῶτα Χριστοῦ.
363. Anatolio filio. χαίρω ὁσάκις δέξομαι.
364. Symeoni filio. οὐχ ὅτε γράφω, μνημονεύω σου μόνον.
365. Theophilo filio. ἀδελφὲ Θεόφιλε.
366. Pasarioni filio. μαθὼν ὅτι ἀπέστης.
367. Laurentio filio. τίς ἐστιν ἡ τοσαύτη χάρις.
368. Athanasio Præposito. καὶ αὕτη σου ἡ ἐπιστολή.
369. Præposito Panagri. ἡ ἀγάπη οὐκ ἀκριβὲς πρᾶγμα.
370. Parthenio filio. ὦ καλὲ Παρθένιε θεοῦ στρατιῶτα.
371. Hegesimo filio. εὖγε τέκνον Ἡγήσιμε.
372. Stephano filio. χάρις σοι, ἀδελφὲ Στέφανε.
373. Ephræm filio. χαῖρε τέκνον Ἐφραίμ.
374. Epiphanio Præposito. παρὰ τὸ ἀδελφισθῆναί με μεθορισθῆναί σου ἀγωνιῶν.
375. Naucratio filio. οἱ προμεμελετηκότες ἀκούειν τὰ θλιπτικά.
376. Tithoeo filio. μικρὰ ἡ ἐπιστολή σου; τέκνον.
377. Eidem. οὐ πολλοῦ μοι λόγου χρεία.
378. Domitiano filio. εἴωθας πώποτε, τέκνον μου.
379. Euthymio & reliquis fratribus. τίς ἡ ἀκοὴ ἣ τὰ ὦτα τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως περιηχήσασα.
380. Gennadio filio. βραδὺ μέν, ὅμως ἐδεξάμην σου γράμμα.
381. Thaddæo filio & confessori. τί καλὰ τὰ γράμματά σου.
382. Ignatio filio. ἐπέγνων σε καὶ νῦν διὰ τῶν γραμμάτων.

383. Sergio Notario. ἀκούων ὅτι φυλάττῃς ἑαυτὴν.
384. Clydonio filio. ἐναγώνιος τῇ τῶν ἀδελφῶν σου ἀθλήσει γέγονας.
385. Dorotheo filio. χαίρω καὶ συγχαίρω σοι.
386. Jacobo filio. ἄγε Ἰάκωβε τέκνον ἐμόν.
387. Theodulo filio. ἰδὲ ποῦ παρῆλθες τόπον ἐκ τόπου μετερχόμενος.
388. Gregoræ laïco. ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, σήμερον ὁ κύριος.
389. Annæ Patriciæ & moniali. λύπης τὰ γράμματα τῆς ἁγιωσύνης σου.
390. Spatharex. ὁ οἶκός σου οἶκος εὐσεβείας.
391. Athanasio filio. ἡδέως ἐδεξάμην σου καὶ νῦν ἐπιστολήν.
392. Josepho fratri & Archiepiscopo. παραμύθιον τῇ ταπεινῇ μου ψυχῇ.
393. Eucharisto filio. ἐπειδὴ ἐπεζήτησας.
394. Joanni Præposito. καὶ πάλιν ἐπιστέλλω τῇ ἁγιωσύνῃ σου.
395. Timotheo filio. ὡς καλὴ ἡ ἐπιστολή σου.
396. Basiano filio. ἔμαθον οἷα συνέβη ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν.
397. Duabus sororibus Irenæ & Calæ. ποθῶν εἰμι περὶ τῆς τιμιότητος ὑμῶν.
398. Antonio Præposito. καὶ πάλιν ἐπιστέλλω.
399. Arcadio Monacho. ἤκουσταί μοι, πῶς ἄριστα διέθου.
400. Comiti. ἀκούων ἀκούω, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ.
401. Naucratio filio. ἀδολεσχία ἠδολέσχουν.
402. Petro filio. ὃ μὲν ἐπέστειλας καλῶς.
403. Patriciæ. ὅπου ἔτι ἐν ὀψὲ, ὡς οἶμαι, ἦλθον.
404. Patriciæ aliæ. τὰ νῦν ἐπέστειλας τῇ ἐμῇ κυρίᾳ.
405. Hilarioni filio. χαῖρε τέκνον ἀββᾶ Ἱλαρίων.
406. Nilo filio. προσαγορεύω σε, ὦ τέκνον.
407. Anepigrapha. μανθάνω σε, ὦ μακαριώτατέ μου πάτερ.
408. Irenæ & Calæ sororibus. ὢ τῆς συμφορᾶς.
409. Eusebio filio. ἐδεξάμην σου τὸ γράμμα.
410. Euthymio filio. ἐκ τῶν γραμμάτων σου ἐπέγνων.
411. Theophani Præposito τοῦ Αγρου. ὀψὲ τοῦ καιροῦ, ὅμως ἔμαθον συλληφθῆναί σε.
412. Callisto filio. ἐκ ἐπιλέλησμαί σου.
413. Cassiæ Candidatissæ. ἅπερ ἀπέστειλάς μοι, διὰ κύριον ἐδεξάμην.
414. Meletio filio. καὶ ἀπὸ τῶν γραμμάτων τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου.
415. Joanni filio. καὶ νῦν ἃ γέγραφας, ἐπέγνων.
416. Josepho fratri & Archiepiscopo. ἐμοὶ τὸ ἐπιστέλλειν τῇ ἁγιωσύνῃ σου.
417. Naucratio filio. τίς ὁ ἐμὸς βίος καὶ λόγος.
418. Ignatio filio. ἀπὸ τῶν γραμμάτων σου θεωρῶν εἰμι.
419. Mariæ Augustæ. νῦν δοξάζειν δεῖ τὸν θεόν.
420. Sparharex. ἐκ πολλῶν παρακηκοὰς τῆς κατὰ θεόν σου πολιτείας.
421. Hypatissæ. ἀνέγνων τὴν ἐπιστολὴν τῆς τιμιότητός σου.
422. Macario Præposito. καὶ πρὸ ἀναγνώσεως.
423. Athanasio Præposito. ἀδολεσχοῦντά με ἤδη πολλοῦ χρόνου.
424. Philippo Monacho. τὰ συμβεβηκότα σοι.
425. Constantino Curatori. ἀκοὴ ἀγαθὴ τῆς τιμιότητός σου.
426. Sisoë Episcopo. ἤνεσα τὸν θεὸν ἡμῶν τὸν ἀγαθόν.
427. Bessarioni filio. ἡδέως ἀνέγνων σου τὴν ἐπιστολήν.
428. Hypatio filio. ηὐφράνθην ἐν τοῖς γράμμασί σου.
429. Basiano filio. ἐπισκέπτομαί σε καὶ αὖθις διὰ τοῦ γράμματος.
430. Evodio & Joanni filiis. κἂν νῦν δεξάμενος τὴν ἐπιστολήν.
431. Dorotheo filio. καὶ πάλιν κατάρχει τοῦ γράφειν σοι.
432. Alteri Dorotheo filio. καλὲ Δωρόθεε χαῖρε.
433. Tito & Philoni filiis. ὦ καλὲ Τίτε, καὶ ὦ καλέ μου Φίλων.
434. Nicolao mancipi. πῶς οἴει δέχεσθαί με τὰς ἀποστολάς σου.

435. Isidoro laïco. καὶ πάλιν κόποις σοι παρέχω.
436. Præpositæ. ἀπήγγειλέ μοι ὁ ἀδελφός.
437. Joanni Chalcedonensi. ἐν ἐκ μακροῦ χρόνου ἄδηλον πόθον.
438. Euthymio filio. ὑγίαινε τέκνον μου.
439. Hyperechio filio. εὖγε εὖγε Ὑπερέχιε, τέκνον μου.
440. Aphrodisio filio. χαίροις Ἀφροδίσιε τὸ ἐμὸν τέκνον.
441. Amonæ filio. ἀδελφὲ Ἀμωνᾶ, χαῖρε ἐν κυρίῳ.
442. Symeoni filio. χαῖρε τέκνον μου.
443. Theophylacto Presbytero. ἐξ ὧν ἐπέστειλεν ἡ τιμιότης σου.
444. Bessarioni filio. Εἰ καὶ μὴ ἐδεξάμην ἀντίγραφα.
445. Joanni filio. ἐπέγνων τὴν δύναμιν τῶν γραμμάτων σου.
446. Evodio filio. ἐπεὶ ἐδεξάμην σου τὴν διὰ τοῦ γράμματος ἀπολογίαν.
447. Nicetæ Præposito. καὶ περὶ τῶν γραμμάτων.
448. Antiocho Silentiario. ἄξιον τῆς εὐσεβείας σου γράμμα.
449. Gregorio. αἱ ἀποστολαὶ τῶν ἐπιστολῶν σύζυγοι.
450. Luciano filio lapso. Ἀδὰμ ποῦ εἶ; φωνή ἐστι Θεοῦ.
451. Myroni. ἠπείχθην ἐπιστεῖλαι τῇ θεοσεβείᾳ σου.
452. Georgio Ἰβηρ. ὢ πῶς καλὸν τὸ πλάσμα τῆς ψυχῆς σου.
453. Pardo Ἰβηρ. ἐπιστέλλω τῇ τιμιότητί σου.
454. Gennadio filio. ἃ ἐπέστειλας, τέκνον ἠγαπημένον.
455. Cledonio filio. ἄρτι συνέφθασα, τέκνον ἠγαπημένον, ἀντεπιστεῖλαί σοι.
456. Eustratio ἀρχιατρῷ. ἐγίνωσκεν μὲν τὴν τιμιότητα.
457. Josepho fratri & Archiepiscopo. ἠξίωμαι καὶ ταπεινὸς (sic) μαθεῖν σου τὰ τῆς ὑγείας.
458. Antho filio. τὸ μικρὸν ἐπιστολίδιόν σου.
459. Ignatio Episcopo Mileti. παρὰ τὸ μὴ εἰδέναι με ἀκριβῶς τὰ τῆς ἐξορίας τόπου.
460. Joanni Præposito. δύο ἐπιστολῶν τῆς ἁγιωσύνης σου.
461. Gregorio filio. ἄρτι ἀποκρίνομαι πρὸς ἃ ἐπέστειλας.
462. Protospatharea. ἐγὼ φθασάμενος καὶ εὐλαβηθείς.
463. Basilio Archimandritæ Romæ. καὶ τὸ πρότερον οὐκ ἔγραψα διά τινα περίστασιν.
464. Joanni Episcopo Monembasiæ & Methodio Præposito. καλλίω βελτίω ἐβουλεύ-
σατο ἡ ἐμμελὴς ὑμῶν ἁγιωσύνη.
465. Isaac & Arsenio Monachis in sancta civitate. ἀγαπητοὶ ἡμῶν τοῖς ταπεινοῖς.
466. Nicetæ Præposito. οἷα τὰ συμβεβηκότα τῇ ἁγιωσύνῃ σου.
467. Arsenio Monacho. ἐδεξάμην τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης σου.
468. Sergio Hypato τοῦ ἀερικοῦ. πάλαι ἂν ἐπέστειλα τῇ εὐγενείᾳ σου.
469. Naucratio filio. βραχέσι συλλαβαῖς ἀμείβομαι.
470. Eidem. εἰ καὶ οὐκ ἐδεξάμεθά σου γράμματα.
471. Eidem. ἕως πότε, τέκνον, οὐ παύσῃ ἀποσμικρύνων ἡμᾶς τοῖς λόγοις...
472. Eidem. ἐξ ἀγώνων εἰς ἀγῶνας.
473. Silvano. ἀξίαν τῆς εὐλαβείας σου.
474. Annæ moniali. αἱ πρὸς τὰ τέκνα μητέρων ἀποστροφαί.
475. Ignatio filio. ὁσάκις ἂν δέξωμαι σου γράμμα.
476. Theophani Præposito & confessori. φίλον παιδὶ πατρικὴ προσφώνησις.
477. Leoni Patricio. ὀφειλέτης εἰμὶ οὐ χάρτην καὶ μέλαν.
478. Gregoræ laïco. ἐπέγνων σου, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, τὴν ἐπιστολήν.
479. Naucratio filio. ὅτι ζῇς ἐν κυρίῳ.
480. Proterio filio. ὡς βραχεῖα ἡ ἐπιστολή σου, τέκνον.
481. Joanni Præposito. παρὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν.
482. Nicolao mancipi. ὅτι μνημονεύω σου, φίλε καλέ.
483. Constantino laïco. πολυτρόπως ὁ θεός.
484. Proterio filio. ἐδεήθην, τέκνον μου ἠγαπημένον.
485. Zachariæ Hypato. ἐγὼ καὶ γράφω πάλιν.

486. Oeconomo. ἤκουσα περὶ τῆς τιμιότητός σου.
487. Timotheo filio. τί ἀκήκοα.
488. Ignatio filio. ἃ γέγραφας, τέκνον ἠγαπημένον.
489. Mariæ Augustæ. ἐνέτυχον καὶ αὖθις τῇ ἐπιστολῇ.
490. Evodio & Joanni filiis. ἦλθεν, τέκνα, ἐπὶ τῇ ἀμφοτέρων προσφωνήσει.
491. Anatolio filio. ἡ βραδύτης σου τῶν γραμμάτων.
492. Joanni Chalcedonensi. καὶ ὡς πατὴρ ἠξίωσας τέκνον ἐλάχιστον προσφωνεῖν.
493. Annæ Præpositæ. ὅτι ἐπέστειλάς μοι, εἰκότως.
494. Joanni Præposito. αὐτὸς εἶ σὺ ἐπιστείλας.
495. Nicetæ Præposito τοῦ Μ. (sic) φιλοῦ τοῦ δίχα δὴ ἀντίγραφα.
496. Joanni Præposito. ἡδέως ἐδεξάμην σου ἁγίαν ἐπιστολήν.
497. Athanasio Præposito. τίνος ἕνεκεν ἐχρόνισας ἐπιστεῖλαι.
498. Basilio Monacho. ὡς ἔμαθον ὅτι καὶ αὐτὸς συλληφθείς.
499. Gennadio filio. ἃ μὲν γέγραφας, τέκνον ἐμόν, ἔγνων.
500. Callisto filio. ἐν βραχείαις συλλαβαῖς ἡ ἐπιστολή σου.
501. Cledonio filio. τί με ἐγκωμιάζεις, ὦ τέκνον.
502. Meletio filio. ἀφ᾽ οὗ ἔμαθον ἀπατηθῆναι τὸν ἐλεεινὸν Γρηγόριον.
503. Jacobo filio. γέγραφάς μοι τοῦτο.
504. Euprepiano filio. ἐγώ, ὦ τέκνον.
505. Spathariæ Flavii. ἐν καιρῷ πειρασμοῦ.
506. Mariæ moniali. ἀγαθὸν ὄνομα ἠκουτίσθη μοι.
507. Athanasio filio. χαίρω, τέκνον, δεξάμενός σου γράμμα.
508. Antho filio. καὶ γράφων σοι, τέκνον.
509. Eucharisto filio. καὶ πάνυ σοι χρεία ἐπιστεῖλαί με.
510. Leoni. εὖ πεποίηκας, τέκνον πνευματικόν.
511. Constantino. τίς ἡ αἰτία ἐπιστεῖλαί με.
512. Presbytero. ἐν χειμῶνι εἴ τις ἴδοι (sic) εὔδιον.
513. Theodulo filio. ἡδέως ἔχω, τέκνον μου, δεξάμενός σου γράμματα.
514. Symeoni filio. ἄρτι ἔφθασα ἐπιστεῖλαί σοι.
515. Euthymio filio. χαῖρε ἐν κυρίῳ.
516. Ephræm filio. χάρις σοι παρὰ κυρίου.
517. Aphrodisio filio. εὖγε τέκνον μου.
518. Hyperechio filio. εὖγε εὖγε Ὑπερέχιε.
519. Amonæ filio. καλὲ Ἀμμῶνα χαῖρε.
520. Stephano filio. χαῖρε Στέφανε, τέκνον μου.
521. Symeoni filio. χαίροις Συμεών, τέκνον μου.
522. Parthenio filio. ὦ καλὲ Παρθένιε χαῖρε.
523. Hegesimo filio. ἡ χάρις σοι ἀπὸ θεοῦ, Ἡγήσιμε.
524. Dorotheo filio. εὐλογηθείης ὑπὸ κυρίου.
525. Petro filio. αὐτὸς οὐ ἐξελιμπάνες.
526. Oeconomo τοῦ συμβόλου. ἀπεδεξάμην τὴν ἐπιστολήν.
527. Josepho fratri & Archiepiscopo. ὅτι ἤκουσα τῆς φωνῆς σου.
528. Letoeo filio. μετὰ τὸ ἀπαρτίσαι με τὴν ἀναζήτησιν.
529. Theodulo filio. ἐφ᾽ ὅσον ᾠκονόμησεν ὁ θεὸς οὕτω γενέσθαι.
530. Naucratio filio. ὅτι ἀπέσφηλας εἰ καὶ μὴ τελέως ἦς.
531. Timotheo filio. ἀποδημῶν ὑπόμεινον τὸν κύριον.
532. Basilio Monacho. τίς οὗτος ὁ ἀπὸ δύσεως ἀνατείλας ἀστήρ;
533. Macario Præposito. αὐτάρκως διηνύσθη ὁ τῆς σιωπῆς χρόνος.
534. Constantino Præposito. προσεῖδημι τῇ προτεραίᾳ ἐπιστολῇ.
535. Michaël synadensi. πάλαι ἔμαθον, ὅτι σὺ τὸ στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας μεθεῖκας τοῦ προτέρου προορισμοῦ.
536. Tithoe filio. καλῶς καὶ πρεπόντως, ἀδελφέ, τὸ γράμμα σου.

537. Silvano filio. ἤνεσα τὸν θεόν μου.
538. Evodio & Joanni filiis. μικρὰ συλλαβή.
539. Symeoni filio. ἐπειδὴ ἀνέγνων σου τὴν ἐπιστολήν.
540. Constantino laïco. εὐλογία κυρίου ἐπί σε.
541. Casiæ. οἷα ἡμῖν καὶ αὖθις ἐφθέγξατο ἡ κοσμιότης σου.
542. Macario Præposito. πόθον ἐφιέμενος μαθεῖν.
543. Irenæ Patriciæ. τί σοι κόποις παρέχω.
544. Paulo filio. ἀνέγνων σου τὴν ἐπιστολήν.
545. Letoeo filio. χαίρω ἀκούων σου τῆς φωνῆς.
546. Canonicis, κανονικοῖς. ἐπειδὴ ὑμεῖς οὐκ ἐνδέδυσθε φιλεῖτε εἰς τὸ εὐπρεπές.
547. Epiphanio filio. καὶ αὖθις ἤκουσα τῆς φωνῆς σου.
548. Eidem. ἐκ παραδόξου μοι τὸ γράμμα σου.

CODEX XCV. olim CXVIII. membranaceus, XIII. circiter sæculi, foliis 348. constans. In imo margine fol. 1. scriptum est : *Ego Claudius Feverus Com.*

Sancti Pauli Epistolæ quatuordecim cum Commentariis Oecumenio vulgo adscriptis. Sed hi editis multo breviores sunt, resectis videlicet tum aliis pluribus, tum iis plerumque expositionibus quæ sub Photii nomine in edito feruntur. Alium supra observavimus Codicem Oecumenii Commentariorum, qui cùm multis similiter partibus sint breviores Editis, iis tamen de quibus nunc agimus prolixiores sunt.

CODEX XCVI. olim CCCXII. bombycinus, XIV. circiter sæculi, foliis 315. S. Thomæ Aquinatis Quæstiones disputatæ duæ in Græcum versæ. Prior ἀνεπίγραφος est de Potentia, in novem libros divisa ; altera est de spiritualibus creaturis Dei, in capita undecim distributa, hancque inscriptionem præfert : Βιβλίον τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Θωμᾶ, καὶ πρεδικάτορος ἤτοι κήρυκος, περὶ τῶν ἀΰλων κτισμάτων τοῦ Θεοῦ. Id est : *Liber sapientissimi & doctissimi Domini Thomæ Prædicatoris de immaterialibus creaturis Dei.* Fol. 262. verso.

CODEX XCVII. olim CXXXI. bombycinus, XV. circiter sæculi, initio & fine mutilus. Supersunt folia 233. quæ continent homilias Auctoris nomen non præferentes : sed eas Epistola ultimo loco posita docet esse Gregorii Palamæ Thessalocensis Archiepiscopi. Hujus porro scriptoris perampla quinque volumina in hac Bibliotheca consequenter posita habentur, quæ excepto primo de quo nunc agimus polemica omnia sunt. Horum omnium non levem notitiam dabit capitum & argumentorum omnium collectio quam subjicimus, additâ interpretatione Latina. Quinque priores Homiliæ abscissæ sunt. Earum quæ supersunt, catalogum damus.

VI. De jejunio dicta videtur, sed initio ac inscriptione caret.

VII. Ὁμιλία ἑτέρα περὶ νηστείας· ἐξεφωνήθη καὶ αὕτη κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς αὐτῆς τετράδος. *Homilia altera de jejunio : habita est & ista vespere ejusdem feriæ tetradis.* Hujus initium est : Ἡδὺ μὲν ὀφθαλμοῖς θέαμα γαληνιῶσα θάλασσα.

VIII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία περὶ πίστεως, ἐν ᾗ καὶ ἡ κατ' εὐσέβειαν ὁμολογίας ἔκθεσις. ἐξεφωνήθη κατὰ τὴν κυριακὴν τῆς ὀρθοδοξίας. *Homilia de fide, in qua piæ confessionis (fidei) expositio. Habita Dominica Orthodoxiæ.* Initium, Πιστεύομεν εἰς τὸν θεὸν &c.

IX. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία τῇ δευτέρᾳ Κυριακῇ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, ὑπόθεσιν ἔχουσα τὸν ἐν Καπερναοὺμ ἰαθέντα παρὰ τοῦ κυρίου παράλυτον &c. *Homilia in Dominica secunda S. Quadragesimæ, argumentum habens de paralytico per Dominum in Capernaüm sanato &c.* Initium, Αὐγαὶ αἱ διαυγαστικαὶ φωτὸς &c.

X. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Homilia in venerandam & vivificam Crucem Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi.* Initium, Ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρὸς προανεκηρύττετο.

XI. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ εὐαγγέλιον τῆς τετάρτης ἐν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ κυριακῆς, ἐν ᾗ καὶ περὶ ἐπιμελείας τοῦ ἔνδον λογισμοῦ. *Homilia in Evangelium Quartæ in sancta Quadragesima die Dominica, ubi & de cura interioris cogitationis.* Initium, Πολλάκις πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην.

XII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς πανυπεράγνου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας. *Homilia in Annuntiationem castissimæ Dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ.* Init. Ὁ μὲν ψαλμῳδὸς προφήτης.

XIII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ἐκφωνηθεῖσα τῇ κυριακῇ τῶν βαΐων. *Homilia habita Dominicâ Palmarum.* Init. Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου.

XIV. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία δηλοῦσα τὸ τοῦ σαββάτου καὶ τῆς κυριακῆς μυστήριον· καὶ εἰς τὸ τῆς καινῆς κυριακῆς εὐαγγέλιον. *Homilia, quæ Sabbati & Dominicæ mysterium declarat; & in Evangelium novæ Dominicæ.* Init. Καὶ νῦν κυριακὴν ἑορτάζομεν. Hæc homilia scholia habet textui interposita.

XV. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία τῇ κυριακῇ τῶν μυροφόρων, ἐν ᾗ καὶ ὅτι πρώτη τὸν κύριον ἡ θεοτόκος εἶδεν ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα. *Homilia in Dominica Myrophorôn*, id est, *earum quæ Corpus Domini unctum venerunt in monumentum; & quod Deipara Dominum ex mortuis suscitatum prima viderit.* Init. Ἡ τοῦ κυρίου ἀνάστασις.

XVI. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ κατὰ τὴν Σαμαρεῖτιδα τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον, καὶ ὅτι δεῖ καταφρονεῖν τῶν παρόντων. *Homilia in Evangelium Samaritanæ, & quod oporteat præsentia despicere.* Init. Διὰ πασῶν τῶν νῦν διερχομένων ἡμερῶν.

XVII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἑωθινὸν ὄγδοον, ἐν ᾗ καὶ ὅτι μεγάλων δωρεῶν ἀξιωθήσονται οἱ μέχρι τέλους μετ' εὐλαβείας ἐν ταῖς ἱεραῖς συνάξεσι παραμένοντες. *Homilia in matutinum octavum secundum Evangelistam Joannem, & quod magnis muneribus digni habebuntur, quotquot usque ad finem cum pietate in sacris synaxibus permanserint.* Init. Ἰωάννης ὁ παρθένος.

XVIII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾗ καὶ πῶς ἀναπληροῦται τὸ νομικὸν σάββατον. *Homilia in Assumtionem Domini, Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi; ubi etiam quomodo adimpletur & consummatur sabbatum legale.* Init. Ἑόρταζον Ἰουδαῖοι τὸ Φάσκα τὸ νομικόν.

XIX. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν αὐτὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ καὶ περὶ παθῶν καὶ ἀρετῶν. *Homilia in eamdem ipsam solemnitatem, ubi etiam de passionibus & virtutibus.* Init. Βλέπετε τὴν καινὴν ἡμῶν ἑορτήν.

XX. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς δέκατον ἑωθινὸν εὐαγγέλιον, ἐν ᾗ καὶ τοῦ κατὰ αἴσθησίν τε καὶ νοῦν πρὸς τὸν ἀντικείμενον ἡμῖν πολέμου. *Homilia in decimum matutinum, ubi etiam de bello contra adversarium nostrum tam secundum sensum, quam secundum mentem gerendo.* Init. Τὰ ἑωθινὰ τῶν θείων εὐαγγελίων οὐ πάντα εἰσὶν ἑωθινά.

XXI. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν κατὰ τὴν πεντηκοστὴν τελεσθεῖσαν φανέρωσιν καὶ διανομὴν τοῦ θείου πνεύματος, ἐν ᾗ καὶ περὶ μετανοίας. *Homilia in manifestationem & dispensationem Spiritûs divini in Pentecoste factam; in qua etiam de pœnitentia.* Initium, Ἐπαυσάμεθα πρὸ μικροῦ.

XXII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ἐκφωνηθεῖσα κατὰ τὴν κυριακὴν τῶν ἁγίων πάντων. *Homilia habita in Dominica Sanctorum omnium.* Initium, Θαυμαστὸς ὄντως ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ.

XXIII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ἐκφωνηθεῖσα ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θέρους, ἐν ᾗ καὶ περὶ τοῦ πνευματικοῦ θέρους. *Homilia habita tempore messis, ubi & de messi spirituali.* Initium, Ὁ τῶν ἁπάντων ποιητής.

XXIV. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ἐκφωνηθεῖσα καὶ αὕτη ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θέρους, ἐν ᾗ καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἡμῖν λογικοῦ θέρους. *Homilia item habita in tempore messis, ubi & de futura nobis rationali messe.* Initium, Ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ ὑμᾶς, ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίῳ φησίν.

XXV. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ἐκφωνηθεῖσα κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου. *Homilia habita in festo sanctorum Coryphæorum Apostolorum Petri & Pauli.* Init. Ἡ τῶν ἁγίων ἑκάστου μνήμη.

XXVI. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ὑπόθεσιν ἔχουσα, τὸν κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον, ἐν Καπερναοὺμ ἰαθέντα παράλυτον· ἐν ᾗ καὶ περὶ τῆς κατὰ θεὸν λύπης. *Homilia, cujus argumentum est Paralyticus, qui secundum Evangelistam Matthæum in Capernaüm sanatus est; ubi etiam de ea, quæ secundum Deum est, tristitia.* Init. Μελισσίῳ χρείῳ ἔοικεν.

XXVII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ὑπόθεσιν ἔχουσα τοὺς κατὰ Ματθαῖον ἐν οἰκίᾳ ἀναβλέψαντας τυφλούς, ἐν ᾗ καὶ ὅτι οὐκ ἔστι πίστιν ἔχειν ἀληθῶς χωρὶς τῶν ἔργων τῆς μετανοίας. *Homilia argumentum*

*habens cæcos illos, qui secundum Matthæum in domo visum receperunt; ubi etiam probatur fidem non posse vere haberi sine operibus pœnitentiæ.* Init. Ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

XXVIII. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία ἐκφωνηθεῖσα ἐν λιτῇ τελουμένῃ κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Αὐγούστου μηνός. *Homilia habita in processione, quæ celebratur primâ die mensis Augusti.* Init. Ὁ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν.

XXIX. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον τῆς ἐννάτης κυριακῆς εὐαγγέλιον, ἐν ᾗ καὶ περὶ πειρασμῶν. *Homilia in Evangelium secundum Matthæum nonæ Dominicæ, ubi etiam de tentationibus.* Init. Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος.

XXX. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία περὶ ἀρετῶν καὶ τῶν ἀντιθέτων αὐταῖς παθῶν· καὶ ὅτι κόσμος οὗ κοσμοκράτωρ ὁ διάβολός ἐστιν, οὐ τὰ κτίσματά ἐστι τοῦ θεοῦ, ἀλλ' οἱ διὰ τῆς παραχρήσεως τῶν κτισμάτων ὑποταγέντες αὐτῷ. ἐξεφωνήθη καὶ αὕτη ἐν λιτῇ. *Homilia de virtutibus & de vitiis ipsis oppositis: & quod mundus cujus princeps est diabolus, non creaturæ Dei sunt, sed ii qui per abusum creaturarum ei subditi sunt. Habita est & hæc in processione.* Init. Ὥσπερ ἐπὶ γεωργουμένης γῆς.

XXXI. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν σεπτὴν μεταμόρφωσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾗ παράστασις ὅτι τὸ κατ' αὐτὴν φῶς ἄκτιστόν ἐστιν. ἐξεφωνήθη ὄρθρου κατὰ τὴν ἑορτήν. *Homilia in venerandam Transfigurationem Domini nostri Jesu Christi, ubi demonstratur lumen, quod in ea luxit, fuisse increatum. Habita est matutinis festi horis.* Init. Ἐπαινοῦμεν καὶ ἡμεῖς καὶ θαυμάζομεν. Edita est Latine Tom. 26. Biblioth. Patr. Lugdun. ex Interpretatione Combefisii.

CODEX CCI. olim CCXCV. bombycinus, XV. sæculi, foliorum 665. Scriptus a Joanne Chrysocephalo Holobolo, ut docet hæc nota in fine. Ἐγράφη παρὰ τοῦ ὑπομνηματογράφου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας διακόνου Ἰωάννου Χρυσοκεφάλου τοῦ Ὀλοβώλου. *Scriptus est ab hypomnematographo* (*i.* qui erat à Commentariis) *sanctissimæ Dei magnæ Ecclesiæ Diacono Joanne Chrysocephalo Holobolo.* Infra vero scribitur: Τὸ παρὸν βιβλίον ὑπάρχει τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Νικολάου τοῦ σταυρονικήτα (sic) καὶ ὁποῖος τὸ στερήσῃ &c. *Hic Liber est Monasterii S. Nicolai Stauronicetæ & qui eum abstulerit* &c. Monasterium Stauronicetæ est in monte Atho. Vide Palæographiam Græcam Libro septimo.

Fol. 1. Joannis Damasceni, de Corpore & Sanguine Domini. Init. Περὶ τοῦ κυριακοῦ σώματος τοῦ μεταλαμβανομένου, σπουδάζοντα τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ.

Ibid. Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαιον εἰς τὸ αὐτό. εὑρέθη δὲ τοῦτο τὸ κεφάλαιον εἰς χάρτην παλαιότατον κατεφθαρμένον, ἐξ ἰδιογράφου αὐτοῦ, ἐγγεγραμμένον γράμμασι κατασημάνσεις. ὡς ἦν δὲ δυνατὸν, τὰ γράμματα ἀνελέγησαν, εἰ καὶ ἀτελῶς, ἵνα μὴ παντελῶς ἀπόλωνται. i. *Ejusdem Caput in idipsum. Inventum autem est hoc Caput in Charta antiquissima corrupta manu ipsius* (*Joannis Damasceni*) *scripta litteris arcanis. Quantum vero fieri potuit, litteræ collectæ sunt, etiamsi imperfecte, ne prorsus interirent.* De scriptura arcana seu κρυπτογραφία vide Palæographiam Græcam, ubi varia arcanarum litterarum genera explicavimus. Init. Τὸ τοῦ κυρίου σῶμα τὸ μεταλαμβανόμενον, ἀδελφὲ, αὐτό ἐστι τὸ σῶμα.

Fol. 3. Συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον ἐκ διαφόρων ἑρμηνευτῶν παρὰ Νικήτα διακόνου τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας καὶ διδασκάλου γεγονυῖα. i. *Collectio interpretationum ex diversis Interpretibus in sanctum Evangelium secundum Lucam, facta per Nicetam Diaconum magnæ Dei Ecclesiæ & doctorem.* Init. Ἐξ ἀρχῆς ὁ μαθητὴς δι' ἑαυτοῦ τοῖς αἰσθητοῖς.

Collectio autem ex hisce Scriptoribus excerpta est; Basilio, Gregorio Theologo, Joanne Chrysostomo, Hierosolymitano (*i.* Hesychio,) Symeone, Theodoreto, Cyrillo, Dionysio Areopagita, Athanasio, Origene, Severo Antiocheno, Maximo, Antipatro Bostrensi, Geometra (Joanne,) Gregorio Nysseno, Photio, Isidoro, Eusebio, Epiphanio, Tito Bostrensi, Andrea Cretensi, Joanni Damasceno, Irenæo, Justino Victore Presbytero, Metaphraste, Macario Tito contra Manichæos, Alexandro Monacho, Ephræm, Cosma Monacho, Anastasio, Methodio Patrensi, Hippolyto, Nilo, Amphilochio, Joanne Climaco, Ignatio, Africano, Marco Monacho, Theophane, Isaac Monacho, Josepho, Gennadio, Dorotheo, Niceta Paphlagone, Asterio, Philone Carpathio, Theodoro Heracleota, Evagrio, Synesio, Clemente Alexandrino, Theodoro Mopsuesteno, Psello, Cassiano, Apolinario, Eutychio Patriarcha, Dionysio Alexandrino in Origenem, (Init. Ἀλλὰ ζῶντα μὲν εἴρηκα περὶ τοῦ θελήματος.) Sylvestro ex opere contra Judæos, Ambrosio ad Gratianum, Leone Papa, Flaviano, Cypriano.

CODEX CCII. membranaceus, constans foliis 14. complectens partem Epistolarum Pauli, inter antiquissimos Europæ numerandus, sæculi nempe V. vel VI. cujus & originem & fortunas ex notis non dubiis enarrare aggredimur.

Scriptus eſſe videtur in Palæſtina vel Syria eo circiter quo diximus ævo. Nam Calligraphus qui notam infra edendam in fine poſuit, hoc exemplar ſe contuliſſe ſignificat in Bibliotheca Cæſareæ cum Codice ipſius Pamphili manu exarato; antequam videlicet Cæſarea funditus dirueretur, quod contigit ante medium ſæculi VII. Alia autem nota Codicis hujus antiquitatem prædicat, forma videlicet litterarum cum vetuſtiſſimis libris comparanda. Primitus vero nullos habuit accentus vel ſpiritus: ſed poſtea aliquot videlicet elapſis poſt primam ſcriptionem ſæculis, cum litteræ priſcum nigrorem penitus amitterent ac pene evaneſcerent, novo atramento omnes litteræ reſtitutæ ſunt, ſed minus libero & firmo ductu; ita ut characteres priſcam prorſus elegantiam amiſerint. Id vero liquido probatur, tum quia cum ſecundus ille ſcriba litteras reſtitueret, non ſemper priorem ductum ſequutus eſt, ſed ductus veteres a latere intactos reliquit, quos facile eſt animadvertere; tum quia Appendix illa in Epiſtolam ad Titum, quæ charactere rubro ſeu cinnabari delineatur & ob liquoris præſtantiam certis maxime in locis priſcum nitorem retinuit, characterum formam elegantiſſimam præfert, quoniam ſecunda reſtaurante manu non opus habuit. Cum porro characteres novo ſunt atramento reſtituti, tunc accentus & ſpiritus primo poſiti fuiſſe videntur. Certe primæ manus omnino eſſe nequeunt; nam in Appendice illa cinnabari exarata accentus & ſpiritus atramento ſecundis curis delineati ſunt, quia videlicet ruber color tunc ſcribæ non ſuppetebat. Cæterum atramentum illud, quo ſecundo perfuſæ ſunt litteræ tam acris conditura erat, ut pleriſque in locis membranam prorſus corroſerit; ita ut ſecundum formam litterarum foramina ſæpe remaneant, & in littera O quæ hujuſmodi atramento claudebatur, totus circulus interior frequenter avulſus fuerit.

Certum eſt hunc Codicem in Monaſterium ſeu Lauram S. Athanaſii, quod eſt in monte Atho tranſlatum fuiſſe: utrum autem ante reſtauratas novo atramento litteras, an priſca etiam tunc remanente ſcriptura, incertum eſt. Illud ſolum conſtat Codicem hunc anno 1218. ſolutum fuiſſe, foliaque ejus compingendis aliis libris adhibita, quo tempore Macarius Monachus Lauræ Bibliothecam in pluteos diſtribuit, & librum quemlibet numero ſuo notavit. Quod ſane liquet ex nota Codicis LVII. unde duo hujus Codicis folia excerpta ſunt & ubi legitur fol. 2. βιβλίον τῆς πρώτης θέσεως λδ'. *Liber primæ poſitionis, ſive primi plutei trigeſimus quartus*, & in inferiori margine eadem manu, διὰ τοῦ μοναχοῦ κυροῦ Μακαρίου προσετέθη, ἔτει ͵ϛψκϛ'. *Per Monachum Domnum Macarium appoſitus eſt anno 6726.* (hoc eſt Chriſti 1218.) & in nota alia Græcobarbara, Εἴ τις ὁ ἀποξενώσει, νὰ ἔχῃ τὰς ἀρὰς τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων, καὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. *Si quis hunc librum abſtulerit, incurrat in maledictiones trecentorum decem & octo deiferorum Patrum & ſancti Athanaſii.* Quas notas ut facilius intelligas, repetenda ſunt ea quæ circa Codicem VIII. diximus; ubi in ipſa lignea tabella libro compingendo adhibita legitur, ἱερᾶς καὶ ἁγίας Λαύρας, *ſacroſanctæ Lauræ*. Monaſterium vero S. Athanaſii in monte Atho ſæpe Laura ſimpliciter vocatur. In primo ejuſdem VIII. Codicis folio ad ſupremum marginem legitur, βίβλος τῆς ἐννάτης θέσεως ιδ'. *Liber noni plutei decimus quartus*; in imo margine ſic ſcribitur: προσετέθη διὰ τοῦ μοναχοῦ κυροῦ Μακαρίου μηνὶ Φεβρουαρίῳ ἰνδ'. ϛ'. ἔτει ͵ϛψκϛ'. i. *Appoſitus eſt per Monachum Domnum Macarium menſe Februario Ind. 6. anno 6726.* Chriſti videlicet 1218. ut ſupra. In Codice autem CCXLI. unde quatuor hujus Codicis CCII. folia ad compingendum adhibita, extracta ſunt, initio ſcribitur Codicem illum fuiſſe Lauræ S. Athanaſii in monte Atho tertii plutei ſeptimum. Certo itaque certius eſt hunc Codicem CCII. ex aliquot Manuſcriptis excerptum, ad compingendos alios libros in Laura S. Athanaſii ſolutum diſcerptumque fuiſſe; illud vero eodem tempore contigiſſe, quo Bibliotheca illa per Monachum Macarium exornata & numeris ad libros appoſitis ordinata fuit: vel hinc liquidum videtur, quod omnes Codices ubi folia ex illo vetuſtiſſimo Exemplari deſumta operimentis concinnandis inſervierunt, annum 1218. ætate ſuperent. Certumque habeo in eadem ipſa Bibliotheca

multos

multos alios adhuc superesse Codices, qui hujusmodi folia ex eodem Manuscripto excerpta initio & fine habent. Commodum autem accidit ut in uno foliorum, quæ in Bibliotheca Coisliniana sunt, nota Calligraphi reperiatur.

Folia igitur primum & secundum avulsa sunt ex Codice CCLXXV. membranaceo X. vel XI. sæculi, qui continet Anastasii Metropolitæ Nicæni Commentaria in Psalmos.

Folia tertium & quartum ex Codice CCXCIX. membranaceo XI. sæculi, ubi disputationes cum Judæis & alia Opuscula.

Folia, quintum, sextum, septimum & octavum ex Codice CCXLI. membranaceo X. sæculi, ubi Scholia Basilii junioris seu minimi in Gregorium Nazianzenum.

Folia nonum & decimum ex eodem Codice CCLXXV. de quo supra.

Folia undecimum & duodecimum ex Codice XXIII. membranaceo, XI. sæculi, ubi quatuor Evangelia cum Commentariis Patrum & Scriptorum Græcorum.

Folia decimum tertium & decimum quartum ex Codice LVII. qui IX. sæculo vertente vel X. ineunte scriptus videtur, ubi Gregorii Nysseni Commentarius in Cantica Canticorum & in Ecclesiasten.

Accentus & spiritus secunda manu positi sunt, sed ab imperito Librario qui hæc secus ponit non infrequenter. Sic fol. 1. οἰκοδομεὶ pro οἰκοδομεῖ, & ibidem μηδεὶς pro μηδὲις aut μηδ' εἷς, & mox ἐτέρου cum spiritu tenui, & paulo post fol. verso ἰε-ρόθυτον cum tenui male, & ibidem ἐκεῖνον sic male. Fol. 2. τούτο pro τοῦτο. & eodem fol. verso κοινὰ pro κοινᾶ. Fol. 3. ἑστώτος pro ἑστῶτος, ibidemque ὤ pro ᾧ cui.

Non infrequentes etiam commutationes occurrunt τοῦ ει in ι, & ι in ει, & ε in αι. Sic Fol. 1. verso ὑμεῖν bis pro ὑμῖν, ἐσθίεται pro ἐσθίετε. Fol. 2. ὀφίλει pro ὀφείλει, & similia.

De linearum situ, & de distinctione in κῶλα & κόμματα non loquimur, quia id quivis mox observare poterit. Omnia quippe illa fragmenta edimus στιχηρῶς, id est distinctis versiculis, ut in Codice sunt.

Ordo Epistolarum Pauli in Codice XXIX. supra ad Rom. ad Corinth. 1. 2. ad Galat. ad Ephes. ad Philippens. ad Colossens. ad Thessalonicens. 1. 2. ad Hebr. ad Timoth. 1. 2. ad Titum, ad Philemonem.

Fol. 1. exceptum ex Cod. CCLXXV.

Ex Epist. 1 ad Corinth. c. 10. v. 23.

| | |
|---|---|
| ἐσμέν; | sumus? |
| πάντα μοι ἔξεστιν, | Omnia mihi licent, |
| ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. | sed non omnia expediunt: |
| πάντα μοι ἔξεστιν. | Omnia mihi licent, |
| ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεὶ· | sed non omnia ædificant. |
| μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζη- | Nemo quod suum est quæ- |
| τείτω, | rat, |
| ἀλλὰ τὸ τοῦ ἐτέρου· | sed quod alterius. |
| πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πω- | Omne quod in macello væ- |
| λούμενον | nit |
| ἐσθίετε μηδὲν ἀνα- | manducate nihil in- |
| κρίνωντες (sic) διὰ τὴν | terrogantes propter |
| συνείδησιν· | conscientiam: |
| τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλή- | nam Domini est terra & ple- |
| ρωμα αὐτῆς. | nitudo ejus. |
| Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν | Si quis autem vocat vos |
| F. 1. verso. ἀπίστων καὶ | infidelium & |
| θέλεται (sic) πορεύεσθαι, | vultis ire, |
| πᾶν τὸ παρατιθέμε- | omne quod apponi- |
| νον ὑμεῖν (sic) ἐσθίετε | tur vobis, manducate |
| μηδὲν (sic) ἀνακρίνοντες | nihil interrogantes |

| | |
|---|---|
| διὰ τὴν συνείδησιν. | propter conſcientiam. |
| ἐὰν δέ τις ὑμεῖν (ſic) εἴπῃ· | Si quis autem vobis dixerit, |
| τοῦτο ἱερόθυτόν | Hoc immolatum idolis |
| ἐστι· | eſt ; |
| μὴ ἐσθίετε δι' ἐκεῖνον | ne manducetis propter illum |
| τὸν μηνύσαντα, | qui indicavit, |
| καὶ τὴν συνείδησιν, ✠ | & conſcientiam. ✠ |
| συνείδησιν δὲ λέγω | conſcientiam autem dico |
| οὐχὶ τὴν ἐμαυτοῦ, | non meam, |
| ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου· | ſed alterius. |
| τί γὰρ ἡ ἐλευθερία. | Quid enim libertas. |
| In margine infima. | *In margine infima.* |
| ✠ τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρεμα (ſic) αὐτῆς. | ✠ nam Domini eſt terra & plenitudo ejus. |
| Fol. 1. eodem Cod. Ex Epiſt. 1. ad Corinth. c. 11. v. 9. | *Ex Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 11. v. 9.* |
| ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, | vir propter mulierem, |
| ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα. | ſed mulier propter virum. |
| διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ ὀφίλι (ſic) | Ideo mulier debet |
| ἐξουσίαν ἔχειν ἐ- | poteſtatem habere ſu- |
| πὶ τῆς κεφαλῆς, | pra caput, |
| διὰ τοὺς ἀγγέλους. | propter Angelos. |
| πλὴν οὔτε γυνὴ χωρὶς | Verumtamen neque mulier ſine |
| ἀνδρός, | viro, |
| οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυ- | neque vir ſine mu- |
| ναικὸς ἐν κυρίῳ. | liere in Domino. |
| ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἐκ | Sicut enim mulier de |
| τοῦ ἀνδρός, | viro, |
| οὕτω καὶ ὁ ἀνὴρ διὰ | ita & vir per |
| γυναικός· | mulierem : |
| τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ· | omnia autem ex Deo. |
| ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε. | In vobis ipſis judicate, |
| F. 1. verſo Πρέπον ἐστὶ γυναῖκα | decet mulierem |
| ἀκατακάλυπτον τῷ | non velatam |
| θεῷ προσεύχεσθαι; | Deo orare? |
| οὐδὲ ἡ φύσις αὐτὴ δι- | Nec ipſa natura do- |
| δάσκει ὑμᾶς, | cet vos, |
| ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, | quod vir quidem ſi comam nutriat, |
| ἀτιμία αὐτῷ ἐστιν· | ignominia eſt illi ; |
| γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, | mulier vero ſi comam nutriat, |
| δόξα αὐτῇ ἐστιν, | gloria ipſi eſt, |
| ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβο- | quoniam coma pro vela- |
| λαίου αὐτῇ δέδοται. | mine ipſi data eſt. |
| Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλό- | Si quis autem videtur conten- |
| νικος (ſic) εἶναι, | tioſus eſſe, |
| ἡμεῖς τοιαύτην συνή- | nos talem conſuetu- |
| θειαν οὐκ ἔχομεν, | dinem non habemus, |
| οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ. | neque Eccleſiæ Dei. |
| Fol. 3. ex Cod. CCXCIX. Ex Epiſt. ad Galat. c. 1. v. 4. | *Ex Epiſt. ad Galat. cap. 1. v. 4.* |
| ἡμῶν, | noſtris, |
| ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς | ut eriperet nos |
| ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος (ſic) | de præſenti |
| αἰῶνος πονηροῦ, | ſæculo nequam, |
| κατὰ θέλησιν τοῦ θεοῦ | ſecundum voluntatem Dei |

| | | |
|---|---|---|
| | καὶ πατρὸς ἡμῶν, | & patris noſtri, |
| | ὧ(ſic) ἐστιν ἡ δόξα εἰς τοὺς | cui eſt gloria in |
| | αἰώνας (ſic) τῶν αἰώ- | ſæcula ſæculo- |
| | νων, ἀμήν. | rum, amen. |
| | θαυμάζω ὅτι οὕτω (ſic) τα- | Miror quod ſic ci- |
| | χέως μετατίθε- | to transferi- |
| | σθαι (ſic) ἀπὸ τοῦ καλέσαν- | mini ab eo qui voca- |
| | τος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, | vit vos in gratia Chriſti, |
| | Εἰς ἕτερον (ſic) εὐαγγέλιον | in aliud Evangelium |
| | ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο· | quod non eſt aliud; |
| | εἰ μή τινές εἰσιν οἱ | niſi aliqui ſunt qui |
| F. 3. verſo. | ταράσσοντες ὑμᾶς, | conturbant vos, |
| | καὶ θέλοντες μετα- | & volunt con- |
| | στρέψαι τὸ εὐαγγέ- | vertere Evange- |
| | λιον τοῦ Χριστοῦ. | lium Chriſti. |
| | ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγ- | Sed licet nos aut An- |
| | γελος ἐξ οὐρανοῦ | gelus de cœlo |
| | ὑμῖν εὐαγγελίζηται | vobis evangelizet |
| | παρ' ὃ εὐαγγελισάμεθα | præter id quod evangelizavimus |
| | ὑμεῖν, (ſic) | vobis, |
| | ἀνάθεμα ἔστω. | anathema ſit. |
| | ὡς προειρήκαμεν | Sicut prædiximus |
| | καὶ ἄρτι πάλιν λέγω· | & nunc iterum dico: |
| | εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζε- | ſi quis vos evangelizave- |
| | ται παρ' ὃ παρελάβετε, (ſic) | rit præter id quod accepiſtis, |
| | ἀνάθεμα ἔστω· | anathema ſit. |
| | ἄρτι γὰρ ἀνθρώποις πείθω. | Modo enim hominibus ſuadeo. |
| Fol. 4. ex eodem Codice. | Ex Epiſt. ad Galat. c. 2. v. 9. | *Ex Epiſtola ad Galatas c. 2. v. 9.* |
| | καὶ Βαρνάβα κοινω- | & Barnabæ ſocie- |
| | νίας· | tatis: |
| | ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, | ut nos in gentes, |
| | αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν πε- | ipſi autem in cir- |
| | ριτομήν· | cumciſionem; |
| | μόνον τῶν πτωχῶν, | tantum pauperum |
| | ἵνα μνημονεύωμεν, | ut memores eſſemus |
| | ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ | quod etiam ſolicite curavi hoc |
| | τοῦτο ποιῆσαι· | ipſum facere. |
| | ὅτε δὲ ἦλθεν (ſic) Κηφᾶς | Cum autem veniſſet Cephas |
| | εἰς Ἀντιόχειαν, (ſic) | Antiochiam, |
| | κατὰ πρόσωπον αὐτῷ | in faciem ei |
| | ἀντέστην, | reſtiti, |
| | ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. | quia reprehenſibilis erat. |
| | πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας | Prius enim quam venirent quidam |
| | ἀπὸ [Ἰακώβου,] | a Jacobo, |
| F. 4. verſ. | μετὰ τῶν ἐθνῶν | cum gentibus |
| | συνήσθιε· | comedebat: |
| | ὅτε δὲ ἦλθον, | cum autem veniſſent, |
| | ὑπέστελλε καὶ ἀφώ- | ſubtrahebat & ſegre- |
| | ριζεν ἑαυτόν, | gabat ſe, |
| | φοβούμενος τοὺς | timens eos qui |
| | ἐκ περιτομῆς· | ex circumciſione: |
| | καὶ συνυπεκρίθησαν | & ſimulationi conſenſerunt |

αὐτῷ δὲ οἱ λοιποὶ
Ἰȣδαῖοι, (sic)
ὥστε δὲ Βαρνάβας συν-
απήχθη (sic) τῇ ὑποκρίσει αὐτῶν.
ἀλλ' ὅτε εἶδον (sic) ὅτι οὐκ ὀρθοποδȣσι (sic)
πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

ejus & cæteri
Judæi,
ita ut & Barnabas simul
abduceretur in simulationem eorum.
Sed cum vidissem quod non
recte ambularent
ad veritatem.

Fol. 5. ex Cod. CCXLI. Ex argumentis in Epist. ad Hebr.

Deficiunt initio.

. . . παρὰ τῷ
ὁμοιοπαθήσαντι ἡμῖν ἀνθρωπίνως.
Ζ. ἐπιτίμησις ὡς ἔτι δεομένοις εἰσαγωγῆς.
α'. 
β'. ἐν ᾧ προτροπὴ εἰς ἐπίδοσιν, ὡς οὐκ οὔσης δευτέρας ἀρχῆς.
γ'. παράκλησις σὺν ἐπαίνῳ.
Η ὅτι βεβαία ἡ ἐπαγγελία τȣ̃ θεοῦ, καὶ ταῦτα σὺν ὅρκῳ.
Θ περὶ Μελχισεδὲκ τȣ̃

Desunt aliquot lineæ.

F. 5. verso. β'. ἐν ᾧ ὅτι καὶ τȣ̃ Ἀβραὰμ προετιμήθη.
Ι ὅτι παύσεται ἡ τȣ̃ Ἀαρὼν ἱερωσύνη ἡ ἐπὶ γῆς οὖσα· (sic) ἵσταται δὲ ἡ οὐράνιος ἡ Χριστοῦ ἐξ ἑτέρου γένους, οὐ κατὰ σάρκα, οὐ διὰ νόμου σαρκίνου·
ΙΑ ὑπεροχὴ τῆς δευτέρας διαθήκης παρὰ τὴν προτέραν ἐν ἱλασμῷ (sic) καὶ ἁγιασμῷ.

Deficit.

*Ex argumentis in Epist. ad Hebræos.*

. . . apud eum qui
similia passus est nobis humanitus.
VII. Increpatio quasi iis qui adhuc egeant institutione.
1
2 Ubi & admonitio ad profectum, quippe cum non sit secundum principium.
3 Adhortatio cum laude.
VIII. Quod firma sit promissio Dei, & hæc cum juramento.
IX. De Melchisedec

* * * * * *

2 Ubi quod præ Abrahamo honoratus sit.
X. Quod cessaturum sit Aaronis Sacerdotium, quod super terram est: stet autem illud cœleste, quod Christi est ex altero genere, non secundum carnem, non per legem carnalem.
XI. Excellentia novi Testamenti præ priori in propitiatione & sanctitate.

*Deficit.*

Fol. 6 ex Cod. CCXLI. Ex Epist. ad Heb. c. 2. v. 11.

δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς
αὐτοὺς καλεῖν, λέγων·
„ ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου
„ τοῖς ἀδελφοῖς (sic) μȣ. (Ψαλμ. κά.)
„ ἐν μέσῳ ἐκκλησίας
„ ὑμνήσω σε.
„ καὶ πάλιν· ἐγὼ ἔσομαι πε-
„ ποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. (Ἡσαΐ.)
„ καὶ πάλιν. ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ
„ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θεός.
ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κε-

Deficit.

*Ex Epist. ad Hebr. cap. 2. v. 11.*

Propter quam causam non confunditur fratres
eos vocare, dicens:
Annuntiabo nomen tuum
fratribus meis,
in medio Ecclesiæ
laudabo te.
Et iterum: Ego ero fidens in eum.
Et iterum: Ecce ego &
pueri, quos mihi dedit Deus.
Quia ergo pueri . . .

*Deficit.*

F. 6. verso. ἵνα διὰ τȣ̃ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος

Ut per mortem destrueret eum qui imperium

| | |
|---|---|
| τος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ᾽ ἔστι τὸν διάβολον, | rium habebat mortis, id est diabolum, |
| καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους | & liberaret eos |
| ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. | quotquot timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. |
| οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, | Nusquam enim Angelos apprehendit, |
| ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ. | sed semen Abrahæ. |

Fol. 7. ex Cod. CCXLI.

| | |
|---|---|
| Ex Epist. ad Hebræos c. 3. v. 13. | *Ex Epist. ad Hebræos c. 3. v. 13.* |
| ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, | donec Hodie nominatur, |
| ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. | ut non obduretur quis ex vobis fallaciâ peccati. |
| μέτοχοι γὰρ τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν, ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν. | Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ usque ad finem firmum retineamus. |
| ἐν τῷ λέγεσθαι, σήμερον | Dum dicitur, Hodie. |
| Deficit. | *Deficit.* |

F. 7. verso.

| | |
|---|---|
| παρεπίκραναν, ἀλλ᾽ οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωϋσέως. | exacerbaverunt, sed non universi qui profecti sunt ex Ægypto per Moysem. |
| τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; | Quibus autem infensus est quadraginta annis? |
| οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν ὧν τὰ κῶλα (sic) ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ; | nonne illis qui peccaverunt, quorum membra prostrata sunt in deserto? |
| τίσι δὲ ὤμοσε μὴ εἰσε- | Quibus autem juravit non intro- |

Fol. 8. ex Cod. CCXLI.

| | |
|---|---|
| Ex Epist. ad Hebræos c. 4. v. 12. | *Ex Epist. ad Hebræos cap. 4. v. 12.* |
| ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, (sic) | vivus est enim sermo Dei & efficax, |
| καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, | & penetrabilior omni gladio ancipiti, |
| καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, | & pertingens usque ad divisionem animæ & spiritûs, |
| ἁρμῶν τε (sic) καὶ μυελῶν, | compagum quoque ac medullarum; |
| καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν. | & discretor cogitationum & intentionum. |
| Deficit. | *Deficit* |

F. 8. verso.

| | |
|---|---|
| πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. | ad quem nobis sermo. |
| ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. | Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cœlos Jesum filium Dei, teneamus confessionem. |
| οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμ- | Non enim habemus Pontificem qui non possit com- |

| Greek | Latin |
|---|---|
| παθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις (sic) ἡμῶν. | pati infirmitatibus nostris. |
| Fol. 9. ex Cod. CCLXXV. Ex Epist. ad Timoth. 3. 7. | *Ex Epist. ad Timoth. cap. 3. v. 7.* |
| δεῖ δὲ καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, | Oportet autem & testimonium bonum habere ab iis qui foris sunt, |
| ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν (sic) ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου· | ut non in opprobrium incidat & laqueum diaboli: |
| διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, | Diaconos similiter pudicos, |
| μὴ διλόγους, | non bilingues, |
| μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, | non multo vino deditos, |
| μὴ αἰσχροκερδεῖς, | non turpe lucrum sectantes, |
| ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ (sic) συνειδήσει. | habentes mysterium fidei in pura conscientia: |
| (καὶ αὐτοὶ δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, | (Et ii autem probentur primum, |
| F. 9. verso. Εἶτα (sic) διακονείτωσαν (sic) ἀνέγκλητοι ὄντες.) | deinde ministrent nullum crimen habentes.) |
| γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, | mulieres similiter pudicas, |
| μὴ διαβόλους, νηφαλίους, | non detrahentes, sobrias, |
| πιστὰς ἐν πᾶσιν. | fideles in omnibus. |
| διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, | Diaconi sint unius uxoris viri, |
| τέκνων καλῶς προϊστάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴκων. | qui filiis bene præsint & suis domibus. |
| οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, | Qui enim bene ministraverint, gradum sibi bonum acquirunt, |
| καὶ πολλὴν παρρησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. | & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Jesu. |
| Fol. 10. præpositum, ex eodem Cod. Argumenta Epist. 1. ad Timoth. lacera & erasa. | *Argumenta Epist. 1. ad Timotheum lacera & erasa.* |
| Περὶ διδασκάλων . . . . | De magistris . . . . |
| . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| Fol. 10. vers. Eorum argumentorum series. | *Eorumdem argumentorum series.* |
| περὶ ἐπιμελείας ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας. | De cura sui ipsius & Ecclesiæ. |
| περὶ τοῦ ἁρμοζόντως ἑκάστῳ προσφέρεσθαι. | Quod congruenter sit singulis offerendum. |
| περὶ χηρῶν ἡλικίας (sic) καὶ τρόπου καὶ διοικήσεως. | De viduarum ætate & moribus & administratione. |
| περὶ πρεσβυτέρων τινά· &c. | De Presbyteris quædam &c. |

lectu difficilia ob vetustatem, quæ referre non est necesse.

| Greek | Latin |
|---|---|
| Fol. 12. ex Cod. XXIII. Argumenta Epist. ad Titum uno tantum numero mutila. | *Argumenta Epistolæ ad Titum uno tantum numero mutila.* |
| . . . . . . . . | . . . . . . . |
| Β κατὰ τῶν σαρκικὰς καθάρ-<br>σεις πρεσβευόντων<br>καὶ ὑπὲρ πνεῦμα. . . . | II. Contra eos qui carnales purifi-<br>cationes prædicant,<br>& super spiri- |
| Γ παραινέσεις ἃς δεῖ πα-<br>ραινεῖν καθ' ἡλικίαν<br>ἑκάστοις. | III. Admonitiones quas singulis<br>secundum ætatem facere<br>oportet. |
| Δ περὶ δούλων . . . καὶ<br>αὐτοὶ τῆς Χριστοῦ χάριτος<br>ἀξίως δουλεύουσι. | IV. De servis . . . si quidem<br>ipsi digne Dei gratiâ<br>serviant. |
| Ε περὶ ἀρχόντων ὑπακοῆς<br>πρεπούσης τῇ ἐπιει-<br>κίᾳ (sic) τοῦ Χριστοῦ. | V. De obedientia principibus exhibendà,<br>quæ Christi mansuetudini<br>conveniat. |
| ς. παραινέσεις περὶ τοῦ<br>ἐκκλίνειν τοὺς αἱρε- (sic)<br>τικοὺς ζητητάς·<br>στίχοι η. | VI. Admonitiones, quod de-<br>clinandum sit ab hære-<br>ticis quæsitoribus.<br>versiculi 8. |
| F. 12. verso. Παύλου ἀποστόλου<br>ἐπιστολὴ πρὸς Τίτον. | *Pauli Apostoli<br>Epistola ad Titum.* |
| Παῦλος δοῦλος θεοῦ,<br>ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ<br>κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν<br>θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν<br>ἀληθείας τῆς κατ' εὐ-<br>σέβειαν, | Paulus servus Dei,<br>Apostolus autem Jesu Christi<br>secundum fidem electorum<br>Dei, & agnitionem<br>veritatis quæ secundùm<br>pietatem est, |
| ἐν ἐλπίδι (sic) ζωῆς αἰω-<br>νίου, ἣν ἐπηγγείλατο<br>ὁ ἀψευδὴς θεὸς πρὸ<br>χρόνων αἰωνίων· | in spe vitæ æter-<br>næ quam promisit<br>qui non mentitur Deus ante<br>tempora secularia: |
| ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς<br>ἰδίοις τὸν λόγον αὐ-<br>τοῦ ἐν κηρύγματι,<br>ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κα-<br>τ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆ- (sic) | manifestavit autem temporibus<br>suis verbum su-<br>um in prædicatione,<br>quæ credita est mihi secun-<br>dum præceptum Salva- |
| Fol. 22. ex eodem Cod. Ex Epist. ad Titum cap. I. v. 15. | *Ex Epist. ad Titum cap. I. v. 15.* |
| ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν,<br>ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ<br>νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. | infidelibus nihil mundum,<br>sed inquinatæ sunt eorum &<br>mens & conscientia. |
| θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι,<br>τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται<br>βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς,<br>καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγα-<br>θὸν ἀδόκιμοι. | Deum confitentur se nosse,<br>factis autem negant;<br>cum sint abominabiles & increduli,<br>& ad omne opus bo-<br>num reprobi. |
| σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγι-<br>αινούσῃ διδασκαλίᾳ· | Tu autem loquere quæ decent sa-<br>nam doctrinam: |
| Γ πρεσβύτας νηφαλίους<br>εἶναι, | senes ut sobrii<br>sint, |
| σεμνούς, | pudici, |

| | | |
|---|---|---|
| | σώφρονας, | prudentes, |
| | ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, | sani in fide, |
| | τῇ ἀγάπῃ, | in dilectione, |
| F. 12. vers. | τῇ ὑπομονῇ· | in patientia: |
| | πρεσβύτιδας ὡσαύτως | Anus similiter |
| | ἐν καταστήματι ἱερω- | in habitu |
| | πρεπεῖς, (sic) | sancto, |
| | μὴ διαβόλους, | non criminatrices, |
| | μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδου- | non multo vino ser- |
| | λωμένας, | vientes, |
| | καλοδιδασκάλους, | bene docentes, |
| | ἵνα σωφρονίζωσιν | ut prudentiam doceant |
| | τὰς νέας | adolescentulas, |
| | φιλάνδρους εἶναι, | ut viros suos ament, |
| | φιλοτέκνους, | filios diligant, |
| | σώφρονας, | prudentes, |
| | ἁγνάς, | castas, |
| | οἰκουρούς, | domûs curam habentes, |
| | ἀγαθάς. | benignas. |
| Fol. 13. ex Cod. LVII. | Ex Epist. ad Titum c. 3. v. 13. | *Ex Epist. ad Titum cap. 3. v. 13.* |
| | Ζηνᾶν τὸν νομικὸν | Zenam legisperitum |
| | καὶ Ἀπολλῶ σπου- | & Apollo soli- |
| | δαίως πρόπεμψον, | cite præmitte, |
| | ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ. | ut nihil illis desit. |
| | μανθανέτωσαν δὲ | Discant autem |
| | καὶ οἱ ἡμέτεροι κα- | & nostri bo- |
| | λῶν ἔργων προΐσ- | nis operibus præ- |
| | τασθαι εἰς τὰς ἀναγ- | esse ad neces- |
| | καίας χρείας, (sic) | sarios usus, |
| | ἵνα μὴ ὦσιν (sic) ἄκαρποι. | ut non sint infructuosi. |
| | ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐ- | Salutant te qui me- |
| | μοῦ πάντες. | cum sunt omnes. |
| | ἄσπασαι τοὺς φιλοῦν- | Saluta eos qui nos |
| | τας ἡμᾶς ἐν πίστει. | amant in fide. |
| | ἡ χάρις μετὰ πάντων | Gratia cum omnibus |
| | ὑμῶν, ἀμήν. | vobis. Amen. |
| F. 13. verso | Παύλου ἀποστόλου | Pauli Apostoli |
| | ἐπιστολὴ πρὸς Τίτον | Epistola ad Titum |
| | τῆς Κρητῶν ἐκκλησίας | Cretensium Ecclesiæ |
| | πρῶτον ἐπίσκοπον | primum Episcopum |
| | χειροτονηθέντα. | ordinatum. |
| | ἐγράφη ἀπὸ Νικοπόλεως | Scripta est Nicopoli |
| | τῆς Μακεδονίας, στίχοι ϟζʹ. | Macedoniæ. versiculi XCVII. |
| Fol. 14. ex cod. Cod. | . . . . . . . | . . . . . . . |
| | ἔγραψα καὶ ἐξεθέμην κα- | scripsi & edidi pro |
| | τὰ δύναμιν στιχηρόν (sic) | viribus hunc librum |
| | τόδε τὸ τεῦχος (sic) Παύλου | Pauli Apostoli |
| | τοῦ ἀποστόλου πρὸς εὐ- | versiculis distinctum |
| | γραμμὸν καὶ εὐκατάλημ- | scriptione commoda (*i.* majusculis literis) |
| | πτον (sic) ἀνάγνωσιν τῶν κα- | ad faciliorem lectionem |
| | θ' ἡμᾶς ἀδελφῶν· παρ' ὧν | fratrum qui penes nos sunt; |
| | ἁπάντων τόλμης συγ- | a quibus omnibus audaciæ |

γνώμην

γνώμην αὐτῶν, εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἐμοῦ (sic) τὴν συμπεριφορὰν (sic) κομιζόμενος. ἀντεβλήθη δὲ ἡ βίβλος πρὸς τὸ ἐν Καισαρίᳳ (sic) ἀντίγραφον τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου Παμφίλου, χειρὶ γεγραμμένον αὐτοῦ.

F. 14. verso.

Προσφώνησις.

Κορωνὶς εἰμι, (sic) δογμάτων θείων διδάσκαλος. ἄν τις με χρήσῃ, ἀντίβιβλον λαμβανέτω· οἱ γὰρ ἀποδόται κακοί.

Ἀντιφώνησις.

Θησαυρὸν ἔχων σε πνευματικῶν ἀγαθῶν, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ποθητόν, ἁρμονίαις τε καὶ ποικίλαις γραμμαῖς κεκοσμημένον, ναὶ μὰ τὴν ἀλήθειαν, οὐ δώσω σε προχείρως τινί, οὐδ' αὖ φθονήσω τ***

veniam peto, precibus pro nobis emissis utilitatem undique colligens. Collatus est autem hic liber cum Exemplari, quod est Cæsareæ in Bibliotheca sancti Pamphili, manu ejus descripto.

*Alloquutio.*

Coronis sum, dogmatum divinorum doctor. Si cui me commodaveris, Libri pretium accipe: nam debitores improbi.

*Responsio.*

Cum te spiritualium bonorum thesaurum habeam, omnibus hominibus desiderabilem, ornatibus multis variisque picturis decoratum, per veritatem! non te facile cuipiam dabo, nec rursum invidebo***

Hæc clausula quæ in nota Calligraphi observatur, εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἐμοῦ τὴν συμπεριφορὰν κομιζόμενος, habetur supra in Procemio Pamphili Martyris in argumenta sua & προθεωρίαν ad Acta Apostolorum in Codice XXV. unde videtur eam mutuatus esse Calligraphus. Hujus porro antiquissimæ & nobilissimæ scriptionis specimina duo proferimus. Primum videlicet Appendicis illius in Epistolam ad Titum, quæ sic incipit; Παύλου ἀποστόλου ἐπιστολὴ πρὸς Τίτον &c. ubi characteres cinnabari exarati priscum pene nitorem conservarunt; accentus autem posteriori ævo adjectos & atramento delineatos, utpote omnino spurios & peregrinos, omittendos censuimus. Secundum specimen insignem illam Calligraphi notam repræsentat, quæ sic incipit, ἔγραψα ἡ ἐξεθέμην, ubi characteres non omnino primigenii sunt. Etenim, uti diximus, cum priscum atramentum flavesceret & quasi deletum videretur, litteras omnes nescio quis novo atramento illevit, nec ita accurate priscum ductum calamo sequutus est ut elegantiam scriptionis servaret; quam tamen elegantiam in primo specimine animadvertere potes.

ΠΑΥ ΛΟΥ ΑΠΟϹ ΤΟΛΟΥ
ΕΠΙϹΤΟΛΗ ΠΡΟϹ ΤΙΤΟΝ
ΤΗϹ ΚΡΗΤΩΝ ΕΚΚΛΗϹΙΑϹ
ΠΡΩΤΟΝ ΕΠΙϹΚΟΠΟΝ
ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΘΕΝΤΑ
ΕΓΡΑΦΗ ΑΠΟ ΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ
ΤΗϹ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑϹ, ϹΤΙΧ' ϘΖ

---

ΕΓΡΑΨΑ ΚΑΙ ΕΞΕΘΕΜΗΝ ΚΑ
ΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ ϹΤΕΙΧΗΡΟΝ
ΤΟΔΕ ΤΟ ΤΕΥΧΟϹ ΠΑΥΛΟΥ
ΤΟΥ ΑΠΟϹΤΟΛΟΥ ΠΡΟϹ ΕΓ
ΓΡΑΜΜΟΝ ΚΑΙ ΕΥΚΑΤΑΛΗΜ
ΠΤΟΝ ΑΝΑΓΝΩϹΙΝ ΤΩΝ ΚΑ
Θ ΗΜΑϹ ΑΔΕΛΦΩΝ ΠΑΡ ΩΝ
ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΟΛΜΗϹ ϹΥΓ
ΓΝΩΜΗΝ ΑΙΤΩ ΕΥΧΗ ΤΗ
ΥΠΕΡ ΕΜΩΝ ΤΗΝ ϹΥΝΠΕ
ΡΙΦΟΡΑΝ ΚΟΜΙΖΟΜΕΝΟϹ
ΑΝΤΕΒΛΗΘΗ ΔΕ Η ΒΙΒΛΟϹ
ΠΡΟϹ ΤΟ ΕΝ ΚΑΙϹΑΡΙΑ ΑΝΤΙ
ΓΡΑΦΟΝ ΤΗϹ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗϹ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΧΕΙΡΙ
ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ Υ

CODEX CCII. olim XCIV. partim membranaceus XI. circiter sæculi, partim bombycinus XIII. Constat foliis 327. quorum 26. priora membranæ sunt, cætera bombycina.

Fol. 1. Ανδρέυ πρωτοπροέδρου εἰς τὴν ἀποκάλυψιν. i. *Andreæ primi præsulis* (Cretensis) *in Apocalypsin*. Init. Πολλάκις αἰτηθεὶς ὑπὸ πολλῶν ἐξ ἀγάπης.

Fol. 27. Sancti Joannis Chrysostomi in Acta Apostolorum. Init. Ηδη δὲ ἐν τοῖς προειληφόσι βίβλοις τῆς ἱστορ-

Ibid. Ejusdem. Init. Πολλοῖς τισὶ τὸ βιβλίον οὐδ᾽ ὅτι ἐστὶ γνώριμόν ἐστι.

Fol. 28. verso, ὑπόθεσις τῆς βίβλου τῶν πράξεων. Init. Πράξεις ἀποστόλων τὸ βιβλίον καλεῖται.

Fol. 29. Αποδημίαι Παύλου τοῦ ἀποστόλου. Initium: Απὸ Δαμασκοῦ ἤρξατο καὶ ἀνῆλθεν εἰς Ιερουσαλήμ.

Fol. 30. Acta Apostolorum cum Commentariis. Initium Commentariorum ex Chrysostomo, Αντιοχεὺς ὑπάρχων τὸ γένος ὁ μακάριος Λουκᾶς. Commentarii sæpius ex Chrysostomo; occurrunt etiam ex Athanasio, Apolinario, Severiano Gabalorum, Severo Antiocheno, Cyrillo, Gregorio Theologo, Didymo, Irenæo, Gregorio Nysseno, Ammonio, Isidoro, Origene, Eusebio Emeseno, Eusebio Cæsariensi, Nicolao Presbytero, Epiphanio, Theophilo Episc. Alexandrino, Theodoreto, Theodoro Primicerio & Monacho. Hæc porro Severi opera memorantur scilicet

Fol. 55. Severi Epist. ad Joannem σαλώτην. (sic)

Fol. 56. vers. ejusd. σύνταγμα ad Julianum.

Fol. 64. ejusd. Epistola ad Anastasium Diaconum.

Fol. 64. vers. ejusd. πρὸς Σόλωνα ἐπίσκοπον κατὰ Ευχητῶν.

Fol. 72. verso. ejusd. Ex Epist. ad Maronem.

Ibid. Ex Epistola ad Timotheum Archiepiscopum.

Fol. 73. Ex Epist. ad Edessenos.

Fol. 109. ejusd. contra Codicillos Alexandri.

Fol. 118. Epistola Jacobi cum Commentariis. Init. Επειδὴ αὐτὸς Ιάκωβος ταύτην γράφει τοῖς ἀπὸ. Nomina Commentatorum non scribuntur: versus finem solum in margine memorantur Origenes, Cyrillus & Maximus.

Fol. 126. Epistola prima Petri cum Commentariis. Init. Επειδὴ ὁ μέγας ἀπόστολος καὶ κορυφαῖος. In margine Origenes, Basilius & Cyrillus.

Fol. 135. Epist. 2. Petri cum Commentariis. Init. Επειδὴ καὶ ταύτην πάλιν ὁ αὐτὸς Πέτρος ἐπιστέλλει. Nullus Scriptorum memoratur præter Athanasium paulo ante finem.

Fol. 140. Epist. 1. Joannis Theologi cum Commentariis. Init. Επειδὴ αὐτὸς ὁ Ιωάννης ὁ τὸ εὐαγγέλιον. Memorantur in marg. Cyrillus & Origenes.

Sequitur Epistola secunda, deinde tertia ejusdem: postea Judæ Apostoli.

Fol. 156. Sancti Joannis Chrysostomi in Epistolam Pauli ad Rom. Init. Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Κορίνθου, μήπω ἐλθ.

Fol. 157. Epist. ad Romanos cum Commentariis brevibus ex ipso Chrysostomo ut videtur excerptis. Initium: Τὸ ἀπόδοσιν γράφειν αἴτιον τοῦ κεῖσθαι αὐτί. Sequuntur aliæ S. Pauli Epistolæ.

In fine leguntur hi Iambi manu recentiore.

Εὐλαβέστατε ἐν ἱερεῦσιν, ὄντως
Κῦρ Θεόδωρε, φίλε, ἠγαπημένε,
Λάβε τὴν σαυτοῦ βίβλον τὴν θαυμασίαν,
Ηʹτις ἐστὶ τιμιωτέρα λίθων,
Λίθων διαυγῶν, μαργάρων πολυτίμων.
Βάθος γὰρ ἔχει σοφίας κεκρυμμένης.
Πλοῦτον γνώσεως, μυστήρια μεγάλα.
Διὸ τοῖς πολλοῖς ἀμύητος τυγχάνει.
Ηʹμεῖς δ᾽ αὐτῆς τρυφήσαντες ἐκ μέρους,
Χάριν σοι ὀφείλομεν τοῦ δεδωκέναι ταύτην.

Ἔρρωσο, ὑγίαινε μετὰ τῶν σῶν ἁπάντων.
Θεοδώρῳ Ἰωάσαφ ἐλάχιστος.
*Piissime inter Sacerdotes, vere*
*Domne Theodore, amice, dilecte,*
*Accipe librum tuum admirabilem,*
*Qui est pretiosior lapillis,*
*Lapillis pellucidis, margaritis pretiosissimis.*
*Profundum enim habet sapientiam absconditam,*
*Divitias scientiæ, mysteria magna.*
*Quamobrem multis impenetrabilis est.*
*Nos autem qui illum ex parte saltem in delitiis habemus,*
*Gratias tibi habemus qui dedisti illum.*
*Vale, salve cum tuis omnibus.*
*Theodoro Joasaph minimus.*

CODEX CCIII. olim CLVIII. membranaceus, XIII. circiter sæculi, foliorum 435.

Commentarii in quatuor Evangelia sine Auctoris nomine, quia initium Matthæi deest. Fol. 1. incipitur ab his verbis . . . δείκνυσι δὲ ὅτι κἂν πολλὰ μεμνήσῃς, οὐ δυνήσῃ καλλωπισθῆναι ὡς τὰ κρίνα, ὅπουγε καὶ Σολομὼν ὁ φημισμένος. Initium Commentarii in Evangelium Marci excisum est. Itemque fol. 149. Initium Evangelii secundum Lucam ablatum fuit.

Fol. 265. Initium Commentarii in Joannem, Ἡ τοῦ πνεύματος δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται καθὰ καὶ γέγραπται.

CODEX CCIV. olim CXLIII. membranaceus, XI. circiter sæculi, foliorum 312.

Catena in Epistolas Pauli. Init. Τοῦ κηρύγματος εἰς τὰ ἔθνη διαχθέντος τινὲς τῶν.

Præit Epistola ad Galatas.

Scriptores autem unde excerpta Commentaria, hi sunt: Eusebius Cæsar. Eusebius Emesenus, Chrysostomus, Theodoretus, Severus, Theodorus, Origenes, Severianus, Gregorius Nazianz. Cyrillus, Theodorus Mopsuestenus, Gennadius, Athanasius, Didymus.

Fol. 47. In Epist. ad Ephesios.
Fol. 109. in Epistolam ad Philippenses.
Fol. 139. ad Colossenses.
Fol. 161. verso, Epist. 1. ad Thessalonicenses.
Fol. 177. in Epist. 2. ad Thessalonicenses.
Fol. 181. verso, Epist. 1. ad Timotheum.
Fol. 210. verso, Epist. 2. ad Timotheum.
Fol. 223. verso, Epist. ad Titum.
Fol. 231. Epist. ad Philemonem.
Fol. 234. verso, Epist. ad Hebræos.
Ante 243. deest folium.

Fol. 211. verso, post finem Commentariorum in Epist. ad Hebræos hæc habentur. Θεωρία περὶ τῆς σκηνῆς, καὶ τί δήποτε αὐτὴν γενέσθαι προσέταξεν ὁ θεός. Initium: Αὐτὸς ὁ δεσπότης θεὸς τὴν αἰτίαν δεδήλωκεν. Deest quidpiam in fine.

CODEX CCV. olim XLII. membranaceus, elegantissime descriptus, XI. circiter sæculi, foliorum 269.

Fol. 1. Ἀρχιτέλεια σὺν θεῷ τοῦ ἀποστόλου. Id est, *Initium & finis Lectionum Apostoli*, per annum scilicet recitandarum. Postea sequitur Synaxarium breve.

Fol. 9. Hypotheses seu argumenta Actuum Apostolorum, & Epistolarum Novi Testamenti.

Fol. 36. verso, Prologus in Acta Apostolorum. Init. Ὅσοι τῇ ὄντως πάλιν τοῖς ἀγχιθέοις καὶ θεοφίλοις ἀθαν-

Fol.

Fol. 40. Acta Apostolorum.

Fol. 41. in margine habetur annotatio parva Macarii Magnetis in Judam.

Fol. 95. verso, Jacobi Catholica Epistola, & consequenter Petri 2. Joannis 3. Judæ una.

Fol. 122. verso, Pauli Epistolæ.

Fol. 226. Joannis Apocalypsis. Hic tria folia habentur recentiore manu scripta.

Fol. 250. Ὀνόματα τῶν προφητῶν, καὶ πόθεν εἰσὶν καὶ ὅπως ἀπέθανον, καὶ ποῦ κεῖνται. i. *Nomina Prophetarum, undenam sint, & quomodo mortui sint, ac ubi jaceant.* Init. Ἠσαΐας ἦν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, θνήσκει δὲ ὑπὸ Μανασσῆ, πρισθείς.

Fol. 258. verso. Σύγγραμμα ἐκκλησιαστικὸν περὶ τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν τοῦ κυρίου Δωροθέου ἐπισκόπου Τύρου, ἀρχαίου ἀνδρὸς πολυμαθεστάτου καὶ μάρτυρος γεγονότος ἐν τοῖς καιροῖς Λικινίου καὶ Κωνσταντίνου τῶν βασιλέων. Init. Οὗτος ὁ προλεχθεὶς ἀοίδιμος ἀνὴρ, καὶ συγγράμματα. Editum opus a Guillelmo Cave ad annum 303. qui optime probat titulum ementiri Dorotheum sub Licinio & Constantino passum.

Fol. 268. Ὅροι πίστεως ὀρθοδοξίας. *Definitiones fidei orthodoxæ.*

Πιστεύω εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, μίαν ἐξουσίαν, μίαν θέλησιν, μίαν ἐνέργειαν, τοῦτ' ἔστιν, ἕνα θεὸν ἐν τρισὶ γνωριζόμενον ταῖς ὑποστάσεσι, νοεραῖς, τελείαις, καθ' αὑτὰς ὑφεστώσαις, (sic) ἀριθμῷ διαιρεταῖς, καὶ οὐ διαιρεταῖς θεότητι. ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης· καὶ τὰ τρία ἓν ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ, τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης. ὁμολογῶ δὲ καὶ πιστεύω τὸν ἕνα τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ υἱὸν, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ ἀληθῶς θεοτόκου σαρκὶ ἐμψυχωμένῃ (sic) λογικῇ καὶ νοερᾷ, (hæc corrupta sunt) καὶ γενόμενον ἄνθρωπον κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας· τέλειον ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἐκ δύο φύσεων καὶ ἐν δυσὶ ταῖς φύσεσι γνωριζόμενον ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως· θελητικὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἐνεργητικόν· κατ' ἄμφω τὰ ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς ὑπάρχει αὐτεξουσίως θέλοντα καὶ ἐνεργοῦντα καθ' ἑκατέραν οὐσίαν τε καὶ μορφὴν, ὡς θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. αὐτοῦ γὰρ τὰ θαύματα, αὐτοῦ καὶ τὰ παθήματα. διπλοῦς γὰρ τὴν φύσιν ὁ αὐτὸς μονογενὴς, διπλοῦς καὶ τὴν θέλησιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, μοναδικὸς δὲ τὴν ὑπόστασιν. τούτων οὕτως ὁμολογηθέντων, δέχομαι καὶ προσκυνοῦμαι καὶ ἀσπάζομαι τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς συνόδους τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη΄. ἁγίων πατέρων κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσωνύμου, καὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν΄. ἁγίων πατέρων κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου, καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον διακοσίων ἁγίων πατέρων κατὰ Νεστορίου τοῦ ἀνθρωπολάτρου καὶ Ἰουδαιόφρονος, καὶ τῶν ἐν Χαλκηδόνι χλ΄. ἁγίων πατέρων κατὰ Εὐτυχοῦς τοῦ ἀτυχοῦς καὶ Διοσ-

Credo in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, Trinitatem consubstantialem, unam deïtatem, unam potentiam, unam voluntatem, unam operationem, id est, unum Deum in tribus cognitum hypostasibus, intelligibilibus, perfectis, per seipsas subsistentibus, numero distinctis, sed non distinctis deïtate. Unum quippe est in tribus deïtas; & tria unum sunt in quibus deïtas, vel, ut accuratius loquamur, quæ sunt deïtas. Confiteor autem & credo unum ex sancta & consubstantiali Trinitate Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum Dei Filium, ante sæcula quidem ex Patre genitum sine tempore & sine corpore, in novissimis autem diebus propter nos & propter nostram salutem incarnatum ex Spiritu Sancto & Maria Virgine carne animata . . . . . . ac hominem factum per omnia secundum similitudinem præter peccatum, perfectum in deïtate eumdemque perfectum in humanitate, consubstantialem Patri secundum deïtatem, & eumdem consubstantialem nobis secundum humanitatem: ex duabus naturis & in duabus naturis cognitum sine mutatione, sine conversione, indivisibiliter, inseparabiliter; voluntate præditum eumdem ipsum & operatione; & ambo ea ex quibus & in quibus inest libere volentem & operantem secundum utramque substantiam & formam, ut Deum pariter & hominem. Ipsius enim sunt miracula, ipsius & operationes. Duplex enim naturâ est ipse unigenitus, duplex item voluntate & operatione, unicus autem hypostasi (*i.* personâ.) His ita in confesso habitis, accipio, amplector, & admitto sanctas & œcumenicas Synodos SS. Patrum Nicænorum 318. contra Arium illum exsecrandum, & Constantinopolitanam 150. SS. Patrum contra Macedonium Pneumatomachum, & Ephesinam primam 200. SS. Patrum contra Nestorium hominis adoratorem & cum Judæis sentientem, & Cha-

κόρῳ τῆς ἀσεβείας, καὶ τὴν αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς θείας λήξεως κατὰ Ὠριγένους Εὐαγρίου τε καὶ Διδύμου, καὶ τὴν αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ς'. σύνοδον τὴν καταλλήλως ταῖς φύσεσι δύο φυσικὰς καὶ αὐτεξουσίους θελήσεις καὶ ἐνεργείας δογματίσασαν, καὶ τὰς πρὸ αὐτῆς ἁγίας συνόδους βεβαιώσασαν· καὶ ἀναθεματίζω πᾶσαν αἵρεσιν ἀπὸ Σίμωνος τοῦ μάγου καὶ τῶν καθ' ἑξῆς. ἐξαιρέτως δὲ α'. Ἄρειον, β'. Εὐνόμιον, γ'. Μακεδόνιον, δ'. Ἀπολινάριον, ε'. Νεστόριον, ς'. Θεόδωρον τὸν Μομψουεστίας, ζ'. Εὐτυχῆ, η'. καὶ Διόσκορον, θ'. Τιμόθεον τὸν Ἔλλουρον, (sic) ι'. Σευῆρον τὸν ἀσεβῆ καὶ ἑλληνόφρονα, ια'. Ἰάκωβον τὸν Σύρον, ιβ'. καὶ Θεοδόσιον τὸν Ἀλεξανδρέα, ιγ'. Ἰουβιανὸν, (l. Ἰουλιανὸν) τὸν Ἁλικαρνασέα, ιδ'. καὶ Γάϊον, (l. Γαϊανὸν) ιε'. Ὠριγένην, ις'. Εὐάγριον, ιζ'. Δίδυμον, ιη'. Σέργιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ιθ'. καὶ Πύῤῥον, κ'. καὶ Παῦλον, κα'. καὶ Πέτρον, τοὺς αὐτοῦ διαδόχους, κβ'. Κῦρον τὸν Ἀλεξανδρείας, κγ'. Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν, κδ'. Ὀνώριον τὸν τῆς Ῥώμης, κε'. Μακάριον τὸν Ἀντιοχείας, κς'. καὶ Στέφανον τὸν αὐτοῦ μαθητὴν, κζ'. Πολυχρόνιον τὸν λῆρον· σὺν πᾶσι δὲ τούτοις καὶ πρὸ τούτων καὶ μετὰ τούτους Μάνην τὸν μανίας ἐπώνυμον, κθ'. καὶ Πέτρον τὸν κναφέα τὸν ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ προσαρμόσαι σταυρὸν διατεινόμενον, καὶ πάντας τοὺς ὁμόφρονας αὐτῶν καὶ τοὺς μὴ ἀναθεματίζοντας, οὓς ἀνεθεμάτισαν αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ ἓξ σύνοδοι, καὶ δεχομένους οὓς οὐκ ἐδέξαντο ἐκεῖνοι (sic) καὶ ἀλλοτρίους ἡγοῦμαι τῆς ἁγίας, καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

cedonensem 630. SS. Patrum contra Eutychen, Atychen sive infortunatum, & Dioscorum impium; ac rursus Constantinopolitanam sub Justiniano divinæ sortis (principe) contra Origenem, Evagrium, & Didymum; atque iterum Constantinopolitanam sanctam & œcumenicam sextam Synodum, quæ duas naturis congruentes naturales & liberas voluntates & operationes definivit, & præcedentes sanctas Synodos confirmavit, & anathemate damno omnes hæreses a Simone Mago, & sequentibus; præcipue autem 1. Arium, 2. Eunomium, 3. Macedonium, 4. Apolinarium, 5. Nestorium, 6. Theodorum Mopsuestenum, 7. Eutychen, 8. & Dioscorum, 9. Timotheum Ellurum, 10. Severum impium & cum Græcis (*i.* gentilibus) sentientem, 11. Jacobum Syrum, 12. & Theodosium Alexandrinum, 13. Julianum Halicarnasseum, 14. Gaianum, 15. Origenem, 16. Evagrium, 17. Didymum, 18. Sergium Constantinopolitanum, 19. & Pyrrhum, 20. & Paulum, 21. & Petrum, ejus successores, 22. Cyrum Alexandrinum, 23. Theodorum Pharanensem, 24. Honorium Romæ, 25. Macarin (sic) Antiochenum, 26. Stephanum ejus discipulum, 27. Polychronium illum delirum; cum omnibus autem his & ante hos & post hos Manetem, a mania seu insania nomen habentem, 29. & Petrum fullonem qui in hymno Trisagio ausus est crucem adjungere, necnon omnes paria cum illis sentientes; insuperque eos qui non anathematizant anathematizatos a sex sanctis & œcumenicis Synodis, & qui eos recipiunt quos illæ non receperunt; ipsosque alienos existimo a sancta, Catholica & Apostolica Ecclesia & ab orthodoxa fide.

In fine hæc nota legitur: *Ταύτην οὖν τὴν βίβλον ἐξαγοράσας ..... αὐτῆς ἐποιήθη Ἀντώνιος μοναχὸς καὶ ξένος. καὶ ὅπου αὐτὴν καταλήψεται, εὔχεσθε ὡς ἔξη τὸν μισθὸν εἰς καὶ ... ἔγραψα τὰ γράμματα ταῦτα. ἠγοράσθη ἐν ἰνδ. β'. ἔτους ςφπζ'.* i. Mutilæ hujus subscriptionis sensus est, *hunc Librum scripsisse Antonium Monachum & hospitem, emtum autem fuisse anno* 6587. (*i.* Christi 1079.) *indictione secunda.*

CODEX CCVI. olim CCCLV. membranaceus, XI. circiter sæculi, foliorum 433.

Commentarii variorum in quatuor Evangelia.

Fol. 1. breve Synaxarium.

Fol. 3. Index Capitum Evangelii secundum Matthæum, in cujus fine legitur: *Ταύτην τὴν βίβλον ἔγραψεν Ἰωάννης, βασιλικὸς κληρικὸς, ὁ ἀνεψιὸς Ἰωάννου ἀμι (sic) πρωτοβεστιαρίου, ὁ μικρός.* i. *Hunc librum scripsit Joannes parvus, Imperatorius Clericus, consobrinus Joannis Ami Protovestiarii.*

Fol. 4. Commentarius in Matthæum & alios Evangelistas ex Joanne Chrysostomo maxime, itemque ex aliis Patribus, nempe Athanasio, Origene, Cyrillo, Apolinario, Isidoro Pelusiota, Hesychio. Nomina negliguntur sæpe.

In fine Evangelii secundum Joannem, quod locatur ante Evangelium Marci, legitur: *Ἐπληρώθη τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον ἑρμηνεία χάριτι Θεοῦ. οἱ δὲ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε διὰ τὸν κύριον ὑπὲρ τοῦ γράψαντος Στρατηγίου ἁμαρτωλοῦ. ἐτελειώθη ἡ βίβλος ἰνδ. ς'. τῇ μεγάλῃ β'.* i. *Completa est per Dei gratiam Chrysostomi interpretatio in Evangelium secundum Joannem. Qui legerit, oret propter Dominum pro eo qui scripsit, Strategio pec-*

*catore. Absolutus est liber ind. 6. in magna secunda.* Itaque Codex a duobus Calligraphis scriptus est.

CODEX CCVII. olim CCIV. bombycinus, XIV. circiter sæculi, foliorum 295.

Initio scribitur, Βιβλίον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου πλησίον τοῦ κυροῦ Ἡσαΐου. *Liber S. Athanasii prope Domnum Hesaiam.*

Fol. 1. Commentaria in Evangelium Joannis, Theophylacti ut videtur. Deest quippe folium initio. Incipitur autem ab his verbis, Καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. Καὶ ἐπειδὴ σαφέστερον δεῖκνυσι συναΐδιον . . . ὅτι ἦν ποτε ὁ πατὴρ χωρὶς τοῦ υἱοῦ. Desinit autem in hæc verba fol. 112. verso: πῶς δὲ γραφικῶς ἔθει ἀλληγορικῶς τοῦτο ῥηθῆναι φασίν.

Fol. 113. Λόγος εἰς ὁ ἅγιον πάσχα καὶ εἰς τὰς μυροφόρους &c. Init. Φέρε δὴ καὶ περὶ τῆς τῶν εὐαγγελιστῶν ἱστορίας εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν.

Fol. 118. In illud: *Erat autem tunica inconsutilis* &c. ex variis Scriptoribus, nempe Anepigrapho, Cyrillo, Severo, Chrysostomo.

Fol. 120. Theophylacti Archiepisc. Bulgarorum Expositio brevis in Epistolas Pauli. Init. Ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις τῶν θείων γραφῶν εἰς. Quasi media pars Epistolarum deest.

CODEX CCVIII. olim XXXI. in charta vulgari, *papier* dicta, foliorum 109. scriptus & compositus a Joanne Tinnerel Bellerophon, ut hæc in fine nota indicat. Ταῦτα ἐγὼ ὁ Τινέρελλος ἐπίκλην ὁ Βελλεροφῶν σχόλια συνέταξα, θεόδουλος ὢν καὶ τῇ ἡλικίᾳ πρεσβύτερος ἐν Ἀρβέρνοις ἔτει ἀπὸ θεογονίας αχνϛ΄. i. *Hæc ego Tinerellus cognomento Bellerophon Scholia composui, Theodulus sive Dei servus cum sim & ætate Presbyter* (i. *senex*) *in Arvernis anno ab Incarnatione 1656.* Alludit ad sequentem titulum, quem ipse sibi affingit.

Fol. 1. Θεοδούλου τοῦ πρεσβυτέρου εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴν σχόλια σὺν θεῷ, εἰς κεφ. α΄. Init. Παῦλος μετὰ τὴν Σεργίου τοῦ ἀνθυπάτου ἐπιστροφήν.

Ibid. minore volumine foliorum 50. ejusdem Tinerelli manu, & cum Paraphrasi ejusdem ut in fine dicitur. Fol. 1. Σχόλια Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου μοναχοῦ εἰς τὰς ᾠδὰς τοῦ Μωσέως καὶ τῶν ἄλλων σὺν θεῷ. Init. Ἄσωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γάρ.

## CAPUT II.

### *Canones Synodorum & Libri Rituum Ecclesiasticorum.*

CODEX CCIX. olim XXIII. membranaceus, 286. foliorum, IX. vel X. ineuntis sæculi usque ad folium 260. exinde vero XI. circiter.

Collectio Canonum Joannis Patriarchæ Constantinopolitani.

Fol. 1. quod manu recentiore substitutum fuit, Συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν ν΄. τίτλοις διῃρημένη. Init. Τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Fol. 2. Ἡ τάξις τῶν συνόδων. Init. Οἱ μὲν ἅγιοι τοῦ κυρίου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι πε΄ διὰ Κλήμεντος.

Fol. 3. Τίτλων κατάστασις. Init. Α. περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἐκ τῶν κανόνων ημῶν &c. Index titulorum est charactere unciali. Sunt autem tituli numero 50.

Fol. 7. verso, longe recentiore manu: Μηνὶ ἀπριλλίῳ ε΄. ἡμέρᾳ γ΄. ἔτους ϛψξθ΄. Ν. δ΄. ἐκοιμήθη ὁ εὐλαβὴς ἀνὴρ κυρὸς Κωνσταντῖνος ὁ σεκρετικός. i. *Mensis Aprilis die 5. feria tertia anno 6769.* (Christi 1261.) *obiit pius vir Domnus Constantinus Secreticus.* Secretici erant ministri ejus tribunalis quod Σέκρετον vocabatur. Vide Cangium in Glossario Græco.

Fol. 8. & sequentibus quinquaginta titulis Canones adferuntur. In fine vero legitur, Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ μέσου Εὐτυχίου συναγωγὴ κανόνων εἰς ν΄. τίτλους διῃρημένη.

Fol. 66. Epistola Canonica Gregorii Thaumaturgi. Init. Οὐ τὰ βρώματα.

Fol. 69. S. Athanasii Epist. ad Amoun. Init. Πάντα μὲν καλά.

Fol. 71. S. Basilii ad Amphiloch. Init. Ἀνοήτῳ φησὶν ἐπ-

Fol. 77. verso ejusd. ad Diodorum Tarsensem. Init. Ἀφίκετο ἡμῖν γράμματα τὰ ἐπιγε-

Fol. 80. Ejusdem ad Gregorium Presb. Init. Ἐνέτυχόν σου τοῖς.

Fol. 81. Ejusd. ad Episcopos. Init. Τὸ τοῦ πράγματος ἄπιστον.

Fol. 82. S. Gregorii Nysseni ad Letoïum. Init. Ἓν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν.

Fol. 89. Timothei Alexandrini unius ex Patribus qui Constantinopolin convenerunt responsiones canonicæ ad objecta sibi. Init. Ἐρώτ. ἐὰν παιδίον κατηχούμενον ὡς ἐτῶν ἑπτά. Quindecim sunt interrogationes & responsiones.

Fol. 91. verso, S. Cyrilli Alexandrini ad Domnum. Initium: Ἔκαστα τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων.

Fol. 93. Ejusdem ad Episcopos Libyæ & Pentapoleos. Init. Πάντως τοῦ χρησίμου καὶ ἀναγκαίου.

Fol. 93. verso, Gennadii & Synodi Constantinopolitanæ Epistola Encyclica. Init. Ο δεσπότης ἡμῶν καὶ θεὸς καὶ σωτήρ.

Fol. 96. Τοῦ ἁγίου Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος κανόνες φερόμενοι ἐν τῷ περὶ μετανοίας αὐτοῦ λόγῳ. Init. Ἐπεὶ τέταρτον ἤδη Πάσχα κατείληφε.

Fol. 103. Sancti Basilii de Canonibus Epistola 2. Init. Πάλαι πρὸς σὲ περὶ τῆς εὐλαβείας σου προσεφθέγξω.

Post fol. 103. aliqua desunt, & fol. 104. Synodus in Trullo initio mutila sic incipit. Τὸν αὐτοῦ μαθητεῦσαι τὴν ἄφρονα Πολυχρόνιον.

Fol. 127. Subscriptiones ejusdem Synodi, quæ incipiunt a Justiniano Imperatore, qui subscribit διὰ κινναβάρεως.

Fol. 133. Canones Nicænæ secundæ Synodi. ὅ. ὅτι δεῖ τοὺς θείους κανόνας κατὰ πάντα φυλάττεσθαι. Init. Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσιν ἀξίαν.

Fol. 146. verso, Epist. Dionysii Basilidi. Init. Ἐπέστειλάς μοι, πιστότατε καὶ λογιώτατε.

Fol. 149. verso, Theophili Alexandr. in Theophania fragm. Init. Καὶ τὸ ἔθος καὶ τὸ πρέπον.

Fol. 150. Ejusdem, ὑπομνηστικὸν ὅπερ ἔλαβεν Ἀμμῶν διὰ τὴν Λυκώ. Init. Περὶ τῶν κοινωνησάντων τοῖς Ἀρειανοῖς.

Post fol. 151. aliqua deesse videntur. Fol. 152. ex Novellis Justiniani διατάξεις seu statuta numero 87. quæ fol. 156. verso desinunt.

Σίβυλλαι μὲν γεγόνασι δέκα, ὧν πρώτη ὄνομα Σαμβήθη, Χαλδαίαν δέ φασιν αὐτὴν οἱ παλαιοὶ λόγοι, οἱ δὲ μᾶλλον Ἑβραίαν· καὶ δὴ καὶ ἑνὶ παίδων τοῦ Νῶε εἰς γυναῖκα ἁρμοσθεῖσαν καὶ συνεισελθεῖν αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἐν τῇ κιβωτῷ. ταύτην καὶ τὰ περὶ τῆς πυργοποιΐας χρησμῳδῆσαι φασι, καὶ ὅσα τοῖς τοῦτο συνέβη τολμήσασι. χρησμῳδῆσαι δὲ πρὸ τῆς διαιρέσεως τῶν γλωσσῶν γεγενημένην γλώσσῃ φασὶ τὰ χρησμῳδηθέντα τῇ Ἑβραΐδι· οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα προεῖπεν, ἧς καὶ μνήμην Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἀναγράψας πεποίηκεν. δευτέρα δὲ Λιβύσσα, ἧς μνήμην ἐποιήσατο ἐν τῷ τῆς Λαμίας προλόγῳ Εὐριπίδης. ὄνομα δὲ αὐτῆς οὐ πάνυ σαφηνίζουσιν. τρίτη Δελφὶς ἡ ἐν Δελφοῖς τεχθεῖσα, περὶ ἧς ἱστόρησε Χρύσιππος. τετάρτη Ἰταλικὴ ἡ ἐν ἐρημίᾳ τῆς Ἰταλίας τὴν διατριβὴν λαχοῦσα. πέμπτη ἡ Ἐρυθραία, ἥτις καὶ τὰ κατὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον συμβάντα προηγόρευσεν, περὶ ἧς Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐρυθραῖος διεξέρχεται. ἕκτη ἡ Σαμία, ἧς τὸ κύριον ὄνομα Φυτὼ φασιν. ἑβδόμη ἡ Κυμαία μὲν γένος, ὄνομα δὲ Ἀμάλθεια· οἱ δὲ Ἐροφίλην

*Quot fuerint Sibyllæ?*

SIbyllæ fuere decem, quarum primæ nomen erat Sambethe: eam vero Chaldæam fuisse narrant veteres; alii potius Hebræam, quæ unius ex filiis Noë uxor fuit, atque unà cum illo & aliis in arcam ingressa sit. Hanc vero ea, quæ ad turris ædificationem spectabant, vaticinatam dicunt, necnon ea, quæ acciderunt iis, qui in tale ausum prorupere; oracula vero fudisse Hebraïcâ linguâ, utpote quæ ante divisionem linguarum fuerit; quinetiam Alexandri Macedonis gesta prædixisse, cujus quoque mentionem facit Nicanor is, qui Alexandri vitam scripsit. Secunda vero Libyssa, cujus meminit in Lamiæ prologo Euripides: nomen autem ejus non plane declarant. Tertia Delphis nata est, cujus historiam memoravit Chrysippus. Quarta Italica, quæ in solitudine Italiæ commorata est. Quinta Erythræa, quæ belli Trojani eventa pronuntiavit, de qua loquitur Apollodorus Erythræus. Sexta est Samia, cujus nomen proprium aiunt esse Phyto. Septima, Cymæa, vel Cumæa genere, nomine autem Amalthea; alii Erophilam vocant, apud quos

φασί, παρὰ τισὶ δὲ κλῆσιν ἠνέγκατο Ταραξάνδρα. Βιργίλιος δὲ ὁ Ῥωμαίων ποιητὴς Δηϊφόβην αὐτὴν ὀνομάζει. ὀγδόη ἡ Ἑλλησποντία, ἥτις ἐν κώμῃ Μαρμισσῷ τὴν γένεσιν ἔσχεν περὶ τὸ πολίχνιον Γεργετιόνα· ὑπὸ τῇ ἐνορίᾳ δὲ αὕτη ποτὲ τῆς Τροίας ἐτύγχανεν. ἐνάτη ἡ Φρυγία. ἐπὶ πᾶσι δεκάτη, ἡ Τιβουρτία μὲν γένος, ὄνομα δὲ Ἀβουναία. ταύτας φασὶ τῶν φρενῶν ἐξισταμένας τὰ μέλλοντα χρησμῳδεῖν· τῶν ὑπολαμβανόντων δὲ γραφῇ τοὺς χρησμοὺς, οὐκ ἐχόντων σοφίαν τὰ χρησμῳδούμενα γράφειν ἀπταίστως, ἄλλως τε δὲ καὶ τῷ τάχει τῆς φορᾶς τῶν λόγων οὐκ ἐχόντων καθυπηρετουμένας τὰς χεῖρας, συμβῆναι πολλοὺς τῶν χρησμῶν εἰς χωλιάμβους διαπεσεῖν καὶ μηκέτι τυχεῖν διορθώσεως. ἅτε δὴ τῶν μὲν χρησμαδῶν γυναίων ἐν ἐκστάσει καθεστώτων, ἐπειδὴ τὴν ὑπόληξιν περιηγόρευον τῶν μελλόντων· πεπαυμένων δὲ τοῦ χρησμολογεῖν μηδαμῶς αἴσθησιν ἐχόντων μήτε ὧν ἔλεγον, μήτε τί αὖ βούλοιντο τὰ κεχρησμῳδημένα.

dam vero hanc appellationem sortita est *Taraxandra.* Virgilius porro poëta Romanes Deiphoben eam nuncupat. Octava est Hellespontia, quæ in vico Marmiso orta est prope oppidum Gergetionem, qui vicus olim in termino Troïæ fuit. Nona, Phrygia. Decima Tigurtia genere, nomine autem Abunæa. Has dicunt mentis impotes futura vaticinatas esse; cum autem earum oracula excipientes scripto tradebant, cum non possent illa perite & sine lapsu describere, cumque alias velocitati dictorum pares non haberent manus, hinc accidisse, ut multa oracula in Choliambos deflecterent, nec possent ulterius emendari. Quia nimirum cum mulieres illæ vaticinantes in prænuntiandis futuris mentis non compotes essent, postquam vaticinandi finem fecerant, nullum eorum quæ dixerant sensum habebant, neque quid sibi vellent oracula sciebant.

---

## QUÆSTIO CLXVI. Fol. 158.

### Digna sane quæ Historiæ Ecclesiasticæ peritis offeratur.

Ποίας αἱρέσεως ἦν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου;

Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου εἴτε δοῦλος εἴτε συνήθης, ὅτι μὲν Ἀρειανισμῷ ἑάλω, βοῶσιν μὲν αὐτοῦ τὰ βιβλία. καὶ αὐτὸς δὲ μεταμελόμενος δῆθεν καὶ ἄκων τὴν νόσον ἀνομολογεῖ, κἂν τῇ μεταμελείᾳ μᾶλλον ἑαυτὸν δείκνυσιν ἀμεταμέλητον. οὐ γὰρ ἑαυτὸν ἐκστῆναι τῆς προτέρας κακοδοξίας δι' ἧν ἔδοξεν ἀπολογεῖσθαι συνίστησιν, οὐδὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συμφρονῆσαι συνόδῳ· ἀλλὰ τοὺς τοῦ ὁμουσίου πρεσβευτὰς αὐτοῦ συνελθεῖν τῷ φρονήματι καὶ συνδιατεθεῖσθαι τῇ γνώμῃ, τερατεύεται. ἐπὶ τοῦτο σαφῶς ἄλλα τε πλείονα παρίστησι καὶ ἡ τοῖς Καισαρεῦσιν αὐτῷ γραφεῖσα ἐπιστολή. ἀλλ' ὅτι μὲν ἀπ' ἀρχῆς τὰς Ἀρειανικὰς δόξας ὑπέθαλπεν, καὶ μέχρι τέλους οὐ διέλιπε περιέπων, πολλοί τε συνεπίστανται, καὶ ῥᾷόν ἐστι λαβεῖν πολλαχόθεν. ὅτι δὲ καὶ τῆς Ὠριγένους νόσου μετέσχεν ἦν κατὰ τῆς κοινῆς ἡμῶν ἐκείνος ἐνδόσεως ἀναστάσεως, εἰ καὶ τοὺς πολλοὺς ὑπολανθάνει· ἀλλ' οὖν αὐτὸς σὺν ἐρεύνῃ τοῖς ἐκείνου λόγοις ἀναλεγόμενος, οὐδὲν ἔλαττον αὐτὸν τῷ ὀλεθρίῳ τούτῳ ἀρρωστήματι ἢ τῆς Ἀρειανικῆς μανίας κεχειρωμένον εὑρήσεις.

*Cujus hæresis erat Eusebius Pamphili?*

Eusebius Pamphili sive servus sive familiaris, Arianismo fuisse correptum, ejus libri clamant. Ipse vero pœnitentiâ ductus vel invitusmorbum confessus est, etiamsi vel ipsa pœnitentia ipsum nullo modo pœnituisse declaret. Non enim se a prava sententia desistere per illam, quam parat apologiam, profitetur, neque cum sancta & œcumenica Synodo se consentire indicat; sed *consubstantialis* patronos secum sententiâ & mente convenire portentose fingit. Quod tum alia plurima, tum epistola, quam Cæsariensibus scripsit, demonstrat. Verum quod ab initio Arianam opinionem foverit, & usque in finem ab ea tuenda non destiterit, multi probe sciunt, & multis ex partibus argui facile potest: quod autem Origenis morbo, quo ille circa communem nostram resurrectionem affectus erat, laborarit, tametsi multi ignorant; si tamen cum examine ejus libros evolveris, sane videbis eum non minus hoc pernicioso morbo laborasse, quam Arianico furore correptum fuisse.

De Eusebii Arianismo fuse disputavimus in Animadversionibus in vitam & scripta Athanasii in fronte Collectionis novæ SS. PP. Nobis adstipulatur Photius, qui eum palam Arianum declarat. Quod ad Origenianismi notam, quam illi inurit idem, nihil nobis proferendum suppetit: eritque id, ni fallor novum inter doctos controversiæ argumentum: quamquam non defuerunt, qui jam ipsum ex frequenti Origenis operum lectione in Origenianos quosdam errores lapsum suspicati sint.

Ex eodem Cod. Coiſlin. CCLXX. fol. 244. proferimus Hiſtoriam Manichæorum a Photio adornatam & collatam cum Colbertino Codice 444. X. ſæculi membran. Ejus magna pars habetur in Panoplia Euthymii Titulo XX. ex eodem Photio exſcripta ut ibidem dicitur, ſed multis in locis truncata, ita ut ſæpiſſime quæ majoris ſunt momenti deſiderentur. Hujus vero narrationis pars maxima, ut plurimum deſumta videtur ex Hiſtoria de ortu, progreſſu & occaſu Manichæorum a Petro Siculo deſcripta, quam Græce & Latine edidit Matthæus Raderus Societatis Jeſu Ingolſtadii anno 1604. Sed res hîc fuſius deſcribuntur quam apud Petrum Siculum, qui etiam multa inſignia prætermiſit, quæ hîc accurate recenſentur. Vide item in Epiphanii Panario de hæreſi Manichæorum.

---

*Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐν συνόψει διήγησις τῆς νεοφανοῦς τῶν Μανιχαίων ἀναβλαστήσεως.*

ΠΟλλοῖς (a) ὁρῶντες ἀγνοουμένην, ὅθεν δὴ τὴν ἐπωνυμίαν τὸ βδελυκτὸν τοῦτο καὶ νεοφανὲς τῶν Παυλικιανῶν ἐκληρώσατο σύστημα, καὶ πολλὴν ἐσκεδασμένην ἀνακόλουθόν τε καὶ διάφορον τὴν περὶ τοῦτο συνειρομένην εἰς πάντας ὑπόνοιαν· καὶ οὐκ ἄχρηστον ἡγησάμενος βραχέα τινὰ καὶ ἅπερ ἀνεπυθόμην παρὰ τῶν βδελυξαμένων καὶ μετανοίας δάκρυσι τὸ τῆς ἀποστασίας ἀποπλυναμένων ἄγος, καθωμιλημένῳ καὶ συντόμῳ λόγῳ περὶ ταύτης διαλαβεῖν τῆς προθέσεως, καὶ εἴ τι ἄλλο παρὰ τὰ πάλαι δόξαντα τοῖς ἀπὸ Μάνεντος ἐνεωχμώθη τε καὶ συγκατεσκευάσθη τοῖς ὕστερον.

Σαμόσατα πόλις ἐστὶ τῆς Συρίας ἐν ᾗ πάλαι τὸ Μανιχαίων θεοστυγὲς ἐπικόμασε φρόνημα. ἐν ταύτῃ γυνή τις ὀνόματι Καλλινίκη τὸν τοιαύτης αἱρέσεως ὅλον ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα τὸν βόρβορον, δύο τίκτει παῖδας, ὡς εἴθε μὴ ὤφελεν, ὧν ὁ μὲν Παῦλος, τὸν δὲ Ἰωάννην ὠνόμαζον. οὗτοι παῖδες οὐδὲν ἧττον τῆς γαστρὸς ἢ τῆς αἱρέσεως γενόμενοι τῆς κακοδαίμονος, ἄκρατον τὸν ἰὸν τῆς ἀποστασίας εἰσεδέξαντο. καί γε τῶν ἄλλων ἐπὶ τῇ δυσσεβείᾳ διαφέροντας καὶ δραστηρίους ὄντας τὸ κακοποιῆσαι κήρυκας τῆς ἀνομίας, οὓς τοιούτους μύσους οἱ μύσται καὶ μυσταγωγοὶ εἰς τὴν τῶν Αρμενιακῶν οὕτω νῦν καλουμένην χώραν ἐξέπεμψαν· Φανάροια δὲ αὐτούς, ἐπιχωρίῳ γλώσσῃ τὴν κλῆσιν ἡ κώμη λαχοῦσα, πρὸ τῶν ἄλλων ὑπεδέξατο, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας ἐνεκυμόνησε σπέρματα· ἐξ οὗ καὶ τὴν παρωνυμίαν ἕν τι τῶν περικειμένων αὐτῇ χωρίων Ἐπίσπαρις ἐκληρώσατο. ἐκ θατέρου τοίνυν τῶν εἰρημένων ὅτῳ Παῦλος ἦν ὄνομα, ἀντὶ τοῦ γινώσκεσθαι διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ προσωνυμίας, τὴν τῶν Παυλικιανῶν κλῆσιν, οἱ τῆς ἀποστασίας ἐρασταὶ μετηλλάξαντο. οἱ δὲ οὐκ ἐκ θατέρου φησὶν, ἀλλ' ἐξ ἑκατέρου συναφθέντων ἀλλήλοις τῶν ὀνομάτων εἰς ἐκβαρβαρωθεῖσαν ἐπίκλησιν σύνθετον, καὶ ἀντὶ τοῦ Παυλοϊωάννας καλεῖσθαι αὐτοὺς ὅπερ νῦν ὀνομάζονται.

*Photii ſanctiſſimi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani narratio in Epitome de Manichæis repullulantibus.*

CUm multis ignotum eſſe videamus, undenam exſecrandus ille nuper exortus Paulicianorum cœtus hoc nomen acceperit, ac varias ea de re nec ſibi mutuo conſentaneas opiniones circumquaque ſparſas eſſe ſciamus; non abs re fore duxi, quæ narratu eorum accepi qui hujuſmodi defectionis ſcelus deteſtati fuerant pœnitentiæque lacrymis abluerant, compendio recenſere, eaque addere quæ præter priſcorum Manichæorum ſententiam a poſteris eorum novata & adinventa ſunt.

Samoſata urbs eſt Syriæ, ubi olim Manichæorum doctrina Deo peroſa floruit. Ibi erat mulier quædam nomine Callinice, quæ totum hujus hæreſis cœnum in ſe collegerat. Hæc duos parit filios, quod utinam Deus avertiſſet: alium Paulum, alium Joannem appellarunt. Hi non minus infauſtæ hæreſis quam uteri proles, defectionis virus ſine ullo temperamento acceperunt. Illos vero utpote impietate aliis præſtantes & actuoſos maloque fovendo natos, qui tum deteſtandæ ſectæ præfecti & myſtagogi erant, in regionem Armeniacorum ut nunc vocant ad prædicandam impietatem miſerunt. Phanarea vicus ſic ab incolis dictus: eos ante omnes alios excepit, impietatiſque ſemina fovit: unde etiam unus ex circumpoſitis vicis Epiſparis nomen ſortitus eſt. Ex prædictorum igitur altero cui Paulo nomen, defectionis amatores mutatâ eâ quæ a Chriſto derivatur nomenclaturâ Pauliciani appellati ſunt. Alii dicunt non ex altero, ſed ex utroque conjunctis nominibus denominationem accepiſſe barbaram, & Paulojoannes illos etiam nunc appellari.

(a) Colbert. ὁρῶν τε.

Χρόνου δὲ διαῤῥυέντος ἕτερον αὐτοῖς τὸ τῆς ἀποστασίας συνέδριον χειροτονοῦσι διδάσκαλον, ὃς ἐκ τῶν γεννησαμένων Κωνσταντῖνος ἕλκων τὴν κλῆσιν, εἰς Σιλουανὸν ἑαυτὸν μετωνόμασε. καί γε τοῦτον πολλῷ τῶν Καλλινίκης παίδων, οἱ τῆς ἀποστασίας ὑπασπισταὶ ἐπὶ πλέον ἄγουσιν. οὗτος δὴ οὗτος ὁ δεινότατος κακουργῆσαι τὰ ἀτόλμητα, τὰ μὲν αἱρετικὰ φρονήματα γραφῇ παραδοῦναι οὐκ ἐθάῤῥησεν. ἔθει δὲ καὶ συνεχεῖ διδασκαλίᾳ κατασφαλισάμενος τοῖς μυσταγωγηθεῖσι κατέχειν ἀπαράτρεπτα τὰ τῆς ἀσεβείας παρακατατίθησιν ὄργια. τὸ μέντοι εὐαγγέλιον καὶ τὸν ἀπόστολον, εἰ καὶ τὸ θεῖον τῶν χριστιανῶν περιπτύσσεται καὶ πρεσβεύει σύνταγμα, ἐγγράφως τούτοις παρέδωκε, τοῖς ῥήμασι μὲν καὶ ὀνόμασιν οὐδὲν μέγα παραλλάττων, οὐδὲ κατακιβδηλεύων τοῦ λόγου τὸ σχῆμα, καθάπερ Οὐαλεντῖνος καὶ ἕτεροι· ὅλον δὲ τὸν νοῦν τῆς εὐσεβείας διαστρέφων καὶ καταθραύων, καὶ πάντα ποιῶν καὶ περιέλκων πρὸς τὸ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ φρόνημα· καὶ τὰ μὲν ῥητὰ, ὡς ἐῤῥέθη, δίδωσι, τοῦ τε θείου εὐαγγελίου μήτε παρενθήκαις μήτε προσθήκαις (a) ἀνέδην λυμηνάμενος· ἀνάπαλιν δὲ τούτοις καὶ ὑποβάλλει νοήματα, οἷς ἁρμόζει μὲν οὐδὲν τῶν ἱερῶν ῥημάτων· οὐδὲ μία δὲ τούτοις ἀκολουθία συνορᾶται, μάχεται δὲ πρὸς ἄλληλα, καὶ ὑπὸ πάντων μᾶλλον δηλοῦται ἡ τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ εὐαγγελικῶν λογίων. ταῦτα δ' οὕτω παρακαταθέμενος, μηδὲν ἕτερον αὐτοῖς ἀναγινώσκειν παρά τε τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὸν ἀπόστολον, δόγμα τίθησιν. ἀλλ' ὁ μὲν μετὰ χρόνον ἀπεφθάρη τὴν ψυχὴν πλέον τοῦ σώματος.

Μετὰ δὲ τὸν Σιλουανὸν, Συμεὼν αὐτὴν τῆς δυσσεβοῦς διδασκαλείας περιΐσταται, Τίτον καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν μετονομασάμενος· ἑξῆς δὲ (b) Αρμένιος Γεγναίσιος ὄνομα μετακληθεὶς εἰς Τιμόθεον· καὶ τέταρτος Ἰωσὴφ ὁ εἰς Ἐπαφρόδιτον μεταβεβλημένος τὸ κύριον· εἶτα Ζαχαρίας, ὃν οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα τῆς αἱρέσεως μισθωτόν τι ἡγεῖται, καὶ τῆς διδασκαλικῆς αὐτῶν προεδρείας ἀνάξιον. ἕκτος αὐτοῖς ἐπιγίνεται Βαάνης ὁ ῥυπαρός· ἐφ' οἷς ἕβδομον καὶ τελευταῖον κακὸν Σέργιος ἀναφύεται, εἰς Τυχικὸν δὴ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν μετακαλέσας. ἀλλ' οἱ μὲν τῆς ἀποστασίας αὐτῶν διδάσκαλοι, ἀφ' οὗ τῆς Παύλου μετωνυμίας ἔλαχε τὸ ἀποστατικὸν τοῦτο καὶ μισόχριστον σύνταγμα μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς ἥκοντος χρόνου ἐπὶ τοσοῦτον προήχθησαν.

Ἐκεῖνο δὲ δεῖται καλῶς ἐπιστῆσαι καὶ εἰδέναι, ὡς οἱ νῦν τῆς ἀποστάσεως ταύτης παῖδες, ἐπειδὰν αὐτοὺς τις (c) ἀπαιτῇ τοὺς ἐξάρχους τῆς τοιαύτης ἀποπεμπτέας βδελυρίας, Μάνεντα μὲν καὶ Παῦλον καὶ Ἰωάννην καὶ τινας ἄλλους προθύμως ἀναθεματίζουσι, Κωνσταντῖνον δὲ ὃν καὶ Σιλουανὸν καλοῦσι, καὶ Συμεῶνα τὸν Τίτον, καὶ Γεγναίσιον τὸν Τιμόθεον, καὶ τὸν ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ Ἐπαφρόδιτον, καὶ τὸν ῥυπαρὸν Βαάνην καὶ Σέργιον τὸν Τυχικὸν, οὐδαμῶς ἀναθεματίσαι καταδέχονται· ἀλλ' οἷα

Elapso tempore defectionis Senatus ille alium sibi constituit doctorem, qui a parentibus Constantinus appellatus hoc nomen mutavit in Silvanum. Et quidem hunc multo pluris habent defectionis Primipilares, quam Callinices filios. Hic itaque, hic ad nefaria perpetranda promtissimus, hæretica quidem dogmata scripto tradere non ausus est. Moribus autem ac frequenti doctrina impietatis Orgia discipulis suis firma & inviolabilia consignat. Evangelium utique & Apostolum, etiamsi divinus Christianorum cœtus eadem ipsa complectatur & honoret, descripta ipsis tradidit, nullâ factâ in verbis & nominibus alicujus momenti mutatione, neque adulteratâ verbi formâ, ut Valentinus & alii fecerunt; sed pio sensu penitus subverso atque corrupto, nihil non agens ut omnia ad defectionis suæ sententiam pertraheret. Et verba quidem divini Evangelii, ut dictum est, tradebat, nullis parenthesibus vel additionibus aperte vitiata; sed iis sensa subjiciebat, cum quibus sacra eloquia nihil affinitatis habent: nulla inter hæc convenientia perspicitur, imo illa inter se pugnant, & ab his omnibus magis ostenditur Apostolicorum & Evangelicorum verborum consensus. His itaque constitutis decretum ponit, nihil ipsis esse legendum præter Evangelium & Apostolum. Sed ille quidem elapso quodam tempore, magis anima, quam corpore periit.

Post Silvanum impiæ doctrinæ magisterium obtinet Symeon, qui nomen & ipse suum in Titum commutavit: deinde Armenius quidam nomine Gegnæsius, qui nomen suum vertit in Timotheum. Quartus Joseph relicto proprio nomine se Epaphroditum vocari fecit. Postea Zacharias, quem pars hæreseos non minima mercenarium putat, & doctrinæ magisterio indignum. Sextus ipsis advenit Baanes, impurus ille, quem excipit septimum & postremum malum Sergius, qui mutato item nomine se Tychicum appellavit. Hi fuere ex quo rebellis ille & Christi inimicus cœtus Pauli nomen accepit, defectionis magistri qui usque ad nostra tempora progressi sunt.

Illud autem probe animadvertendum & sciendum est, hodiernos scilicet hujus defectionis filios, cum quispiam ab illis exegerit ut detestandæ hujusmodi sectæ principes repudient, Manem quidem, Paulum & Joannem & quosdam alios libenter anathemate damnare; Constantinum vero quem Silvanum vocant, Symeonem quem Titum, Gegnæsium quem Timotheum, & Josephum quem Epaphroditum appellant, necnon impurum Baanem, & Sergium seu Tychicum nullo anathemate

(a) Colb. ἀναίδην. (b) Colb. Ἀρμένιος γένος Γεγναίσιος. (c) Colb. ἀφαιρῇ.

δὲ Χριστοῦ ἀποστόλους καὶ τῆς εὐσεβείας διδασκάλους περιπτύσσονταί τε καὶ ἀποδέχονται. οὐ πάντας δὲ, οὐδὲ τοὺς εἰρημένους πάντας ὁμοίως περιέπουσιν. ἀλλὰ τοὺς μὲν μέχρι Βαάνους καὶ Σεργίου καταγομένους ἐξίσου θειάζουσιν. ἐντεῦθεν δὲ ῥαγέντες εἰς ἀντιπάλους δύο μερίδας, οἱ μὲν τὸν Βαάνην, οἱ δὲ θεοποιοῦσι τὸν Σέργιον, ἐπὶ τοσοῦτον τὴν κατ᾽ ἀλλήλων ἔριν καὶ στάσιν κρατύνοντες, ὡς καὶ μέχρι σφαγῆς αὐτοῖς προχωρεῖν τὸ φιλόνεικον.

Ἓξ δὲ αὑτῶν ἀνομολογοῦσιν ἐκκλησίας, ὧν τὴν μὲν Μακεδονίαν καλοῦσιν, Ἀχαΐαν δὲ τὴν δευτέραν, καὶ τρίτην τὴν Φιλιππησίων, ἐφ᾽ οἷς τὴν Λαοδικέων, καὶ πέμπτην τὴν Ἐφεσίων, τελευταίαν δὲ τὴν τῶν Κολασσαέων. ἀλλὰ τὰ μὲν ὀνόματα ἐστὶ πόλεων ὧν καὶ ἡ παλαιὰ τῶν γραφῶν ἔχει ἱστορία καὶ ὁ θεῖος ἐμνημόνευσε Παῦλος. οἱ δὲ μηδὲν ἄδολον, μηδ᾽ ἀκαπήλευτον φιλονεικοῦντες καταλιπεῖν, μηδ᾽ ὅσα ὄψει διελέγχεται, μηδὲ ταῦτα δυσωπούμενοι, Μακεδονίαν μὲν ὀνομάζουσι πολίχνιόν τι Κολωνείας καλούμενον Κίβωσσα, ἐν ᾗ Κωνσταντῖνος ὁ Σιλουανὸς τὴν ἀποστασίαν ἐδίδαξε. κώμη δὲ Σαμωσάτων ἐστὶν ἡ Μανανάλις, ἥτις τῆς Γεγναισίου τοῦ καὶ Τιμοθέου διδασκαλίας ἐχρημάτισε· ταύτην δὲ τὴν Ἀχαΐαν ἐπιφημίζουσιν. ὅσοι δὲ τοῦ ἐξ Ἰωσὴφ Ἐπαφροδίτου καὶ Ζαχαρίου τοῦ μισθωτοῦ ποιμένος μαθηταὶ ἐχρημάτισαν, τούτοις δὲ τὴν τῶν Φιλιππησίων ἐπιγράφουσι. τοῖς δὲ ἐν Ἀργαοῦ τῷ πολίχνῃ τὴν Λαοδικέων ἐπιφημίζουσι. καὶ τοὺς ἐν Μοψουεστίᾳ εἰς τὴν Ἐφεσίων μεταπλάττουσι, ὥσπερ καὶ τοὺς λεγομένους Κυνοχωρίτας εἰς τὴν τῶν Κολασσαέων ἀναφέρουσιν. τούτων δὲ τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν καὶ τὸ σύστημα καὶ τὴν διδασκαλίαν εἰς Σέργιον τὸν καὶ Τυχικὸν ἀναπλάττουσί τε καὶ ἀνατιθέασιν. ἀλλ᾽ οἱ μὲν διδάσκαλοι καὶ αἱ λεγόμεναι αὐτῶν ἐκκλησίαι ἐν τούτοις, οὐκ ἐκ μιᾶς δέ τινος πλάνης, ἀλλ᾽ ἐκ πολλῶν καὶ ποικίλων τὸ πολύπλοκον τοῦτο τῆς ἀποστασίας συμπέπηκε φύρημα.

Δύο μὲν γὰρ ἀρχὰς ὁμολογοῦσιν, ὡς οἱ Μανιχαῖοι· φασὶ δὲ ἕτερον μὲν εἶναι θεὸν τὸν ἐπουράνιον πατέρα, ὃν καὶ τῆς τοῦδε τοῦ παντὸς ἐξουσίας ἀφορίζουσι, τοῦ μέλλοντος μόνον τὸ κράτος αὐτῷ ἐγκληρίζοντες· ἕτερον δὲ τὸν δημιουργὸν τοῦ κόσμου, ᾧ καὶ τὸ κῦρος τοῦ παρόντος αἰῶνος χαρίζονται. καὶ τοὺς μὲν ἀληθῶς ὄντας Χριστιανοὺς, Ῥωμαίους οἱ τρισαλιτήριοι ὀνομάζουσιν· ἑαυτοῖς δὲ τὴν κλῆσιν, ἧς ἀλλότριοι παντελῶς καθεστήκασι, τὴν Χριστιανῶν περιάπτουσιν. λέγουσι δὲ πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα. λέξεις μὲν εὐσεβεῖς· ὑποβάλλοντες δὲ ταύταις τὴν ἐσχάτην ἀσέβειαν. οὐ γὰρ ὡς ἡ τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, οὕτω καὶ οὗτοι φρονοῦντες λέγουσιν· ἀλλὰ τὰς λέξεις ἐκεῖθεν ἀποσπαράξαντες, δυσσεβεστάταις ἐννοίαις ταύτας ἐπιφημίζουσι, καί φασι προθύμως, ὡς ἀνάθεμα εἴησαν ὅσοι μὴ πιστεύουσιν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.

ferire; sed quasi Christi Apostolos & piæ religionis magistros amplecti & suscipere. Neque tamen omnes, neque singulos supra memoratos similiter tuentur. Sed eos qui ad Baanem quidem & Sergium usque successione devenerunt ut divinos viros pariter admittunt. Exinde autem in contrarias partes duas divisi, alii Baanem, alii Sergium Deo exæquant: hinc in tantam mutuo contentionem & seditionem excitantur, ut usque ad cædes jurgia foveant.

Sex autem Ecclesias sibi esse profitentur: primam Macedoniam vocant; secundam, Achaïam; tertiam, Philippensium; quartam, Laodicenorum; quintam, Ephesiorum; postremam, Colossensium. Sed hæc quidem nomina sunt urbium, quas vetus historia præfert, & divinus Paulus memorat. Illi vero, qui nihil non dolosum, nihil non adulteratum relinquere in animo habent, ac nec ex rebus quidem ipso visu exploratis & falsi notatis pudore suffunduntur, Macedoniam quidem vocant oppidulum quoddam Coloniæ, quod appellatur Cibossa; ubi Constantinus, Silvanus dictus, defectionis magister fuit. Vicus autem Samosatensium est Mananalis nomine, in quo Gegnæsius, qui & Timotheus docuit: huic Achaïæ appellationem dederunt. Quotquot autem Josephi, qui & Epaphroditus, & Zachariæ mercenarii pastoris discipuli fuere, his Philippensium nomenclaturam adscribunt. Iis vero qui in oppidulo Argao degunt, Laodicenorum nomen indunt. Eos qui Mopsuestiæ versantur, in Ephesios convertunt, quemadmodum Cynochoritas in Colossensium appellationem transferunt. Harum porro trium Ecclesiarum tum cœtum tum doctrinam, Sergio qui & Tychicus dicitur adscribunt. Verum tam doctores, quam Ecclesiæ ab ipsis sic nuncupatæ non ex uno errore; sed ex multis, variis & implicatis hoc defectionis agmen constituunt.

Nam duo quidem principia, quemadmodum & Manichæi, confitentur esse: aiuntque alium esse Deum patrem, quem ab universi hujus potestate eliminant, ac futuri tantum (sæculi) imperium ipsi tradunt; alium vero Creatorem mundi, cui præsentis sæculi imperium largiuntur. Illos autem qui vere Christiani sunt, Romanos sceleratissimi homines nuncupant; sibi vero Christianorum appellationem, a qua sunt alienissimi, assignant. Dicunt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Verba quidem pia; sed extremam ipsis impietatem submittunt. Non enim ut Catholica & Apostolica Dei Ecclesia sentiunt, dum sic loquuntur; sed dicta inde excerpta, impiissimis sententiis adjuncta celebrant, & libentissime dicunt, *Anathema sint quot quot non credunt in Patrem & Filium, & Spiri-*

πατέρα εὐθέως, οὐ τὸν παντοκράτορα καὶ ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ἀνακηρύττοντες, ἀλλὰ πατέρα φάμενοι τὸν ἐπουράνιον ἐπισυνάπτουσιν ᾧ καὶ τὴν κυριότητα καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ τῶν ἐν αὐτῷ οὐδαμῆ οὐδαμῶς ἐπιτρέπουσι· τινὲς δὲ τοῦ μὲν οὐρανοῦ τὴν ἐπιστασίαν αὐτῷ ἐγχειρίζουσι, τῶν δὲ ἐμπεριεχομένων οὐκ ἔτι. καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν τῆς δυσσεβείας τοιοῦτον.

Βλασφημοῦντες δὲ τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν ἡμῶν θεοτόκον, ἃ μήτε γραφῇ μήτε ἀκοῇ θεμιτὸν παραδοῦναι, οὓς πεφύκασιν οἱ τρεῖς οὐχ ἅπαξ ἀπολωλέναι δίκαιοι λέγοντες· πιστεύομεν εἰς τὴν παναγίαν θεοτόκον ἐν ᾗ εἰσῆλθεν καὶ ἐξῆλθεν ὁ κύριος. καὶ τοῖς ῥήμασι τούτοις τὴν ἄνω ὑποβάλλονται Ἱερουσαλήμ, καί φασιν ἐν αὐτῇ πρόδρομον ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελθεῖν τὸν Χριστόν, ὡς καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος ἔφη. ἔστι ὅτε δὲ συνελαυνόμενοι ὁμολογεῖν ἐκ τῆς παρθένου προελθεῖν τὸν Χριστόν, ἐπειδὰν ὅλως συναναγκασθῶσιν, ἄνωθεν μὲν τὸ σῶμα συγκατενεγκεῖν αὐτὸ (f. αὐτὸν) τερατολογοῦσιν, δι' αὐτῆς δὲ ὡς διὰ σωλῆνος διεληλυθέναι, καὶ ταύτην τὴν ἄσπιλον καὶ καθαρὰν παρθένον μετὰ τὸν σωτήριον τόκον ἑτέρους υἱοὺς ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ παιδοποιῆσαι.

Ὡσαύτως καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν μυρίαις ὕβρεσι πλύνοντες, ἀποδέχεσθαί φασι σῶμα καὶ αἷμα, τερατολογοῦντες τὰ δεσποτικὰ ῥήματα, ἃ καί φασι μεταδιδόντα τοῖς ἀποστόλοις εἰπεῖν· λάβετε, φάγετε, καὶ πίετε· ἀλλ' οὐκ ἄρτον ποθὲν ἢ οἶνον προσφέροντα.

Καὶ τὸν ζωοποιὸν δὲ σταυρὸν δυσφημοῦντές φασιν αὐτὸν προσκυνεῖν καὶ ἀποδέχεσθαι, σταυρὸν οἱ πλάνοι καὶ γόητες αὐτὸν ἀναπλάττοντες τὸν Χριστόν. καὶ γὰρ αὐτός, φασιν, εἰς σταυροῦ σχῆμα τὰς χεῖρας ἐξήπλωσε· τὸν ἀληθῶς δὲ σταυρόν, ἅτε δὴ ξύλον, φασί, καὶ κακούργων ὄργανον, καὶ ὑπὸ ἀρὰν κείμενον, οὐ δεῖ προσκυνεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς ἱεροὺς προφήτας καὶ πᾶσαν τὴν παλαιὰν γραφὴν καὶ τοὺς ἄλλους ἀποστρέφονται ἁγίους, λῃστὰς αὐτοὺς καὶ κλέπτας ἀποκαλοῦντες, μάλιστα δὲ τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων Πέτρον δυσφημοῦσιν, ὅτι γέγονεν ἔξαρνος, φασι, τῆς εἰς τὸν διδάσκαλον καὶ Χριστὸν πίστεως. καὶ τοίγε τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Μανέντος διαρρήδην αὐτοῖς ἐκβοῶντος καὶ λέγοντος, ὡς οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ἄσπλαγχνος ὡς ὁ Χριστὸς ὁ εἰπών, ὅτις με ἀρνήσεται ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγώ· ἀλλ' ἐγὼ λέγω τὸν ἀρνησάμενόν με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῷ ψεύδει τὴν οἰκείαν σωτηρίαν πορισάμενον, ὡς μὴ ἀρνησάμενόν με μετὰ χαρᾶς προσδέξομαι, καὶ τὴν ἀνάκλησιν αὐτοῦ καὶ τὸ ψεῦδος ὡς φυλακὴν καὶ συντήρησιν τῆς ἐμῆς ὁμολο-

*tum Sanctum*, Patrem statim, non omnipotentem illum, ac cœli terræque opificem, visibiliumque omnium & invisibilium prædicantes; sed Patrem dicentes, cœlestem adjiciunt, cui dominationem & potestatem cœli & eorum quæ in cœlo sunt nullatenus adscribunt; quidam tamen præfecturam cœli ipsi tribuunt, eorum autem quæ in illo continentur non item. Et hic quidem primus est eorum impietatis articulus.

In sanctissimam autem Dominam nostram Deiparam blasphemantes homines illi, qui non semel sed ter perire merentur, non horrent ea dicere, quæ nec scripto tradere nec auditu percipere fas est, nempe, *Credimus in sanctam Deiparam in quam ingressus, egressus est Dominus.* His porro verbis supernam Jerusalem subindicant, aiuntque in eam præcursorem pro nobis ingressum esse Christum, quemadmodum divus Apostolus ait. Interdum vero cum compelluntur confiteri Christum ex Virgine prodiisse, quando penitus urgentur, ipsum desuper corpus detulisse portentose fatentur; sed per ipsam veluti per canalem transiisse: ipsamque immaculatam & puram Virginem post salutarem partum alios filios ex Joseph suscepisse.

Pari modo communionem pretiosi Corporis & Sanguinis Christi Dei nostri sexcentis contumeliis aspergentes, suscipere se dicunt corpus & sanguinem, monstrosas explicationes aptantes verbis Domini, quæ, ut aiunt, protulit cum traderet Apostolis: *Accipite, comedite, & bibite*; sed nec panem nec vinum ullatenus obtulit.

Vivificæ Cruci maledicentes, aiunt se ipsam adorare, & admittere: Crucem errones & præstigiatores illi, Christum ipsum esse comminiscentes. Etenim ille, inquiunt, manus in Crucis modum expandit. Veram autem crucem, utpote lignum, maleficorum instrumentum & maledicto subjacens, adorare & amplecti nefas esse dicunt.

Quinetiam sacros Prophetas, omnemque veterem Scripturam, aliosque sanctos aversantur; quos fures & latrones appellant, maximeque Coryphæo Apostolo Petro maledicunt, quia, inquiunt, fidem in Magistrum & Christum abnegavit; quamvis magister eorum Manes diserte clamet ipsisque dicat, Non sum ego immisericors, ut Christus, qui ait: *Quicumque me negaverit coram hominibus, negabo & illum ego.* At ego dico, eum qui me negaverit coram hominibus; & mendacio saluti sui prospexerit, ac si non negaverit me, cum gaudio suscipiam, ac defectionem mendaciumque ejus, quasi custodiam & conservationem confessionis meæ reputabo. Attamen cum ita se habeant ac proprii dogmatis con-

fessionem

γίας ἡγήσονται. ἀλλ' ὅμως οὕτως ἔχοντες, καὶ τὴν τοῦ οἰκείου δόγματος ὁμολογίαν, ἐπειδὰν φοβηθῶσιν, εὐχερῶς ἐξαρνούμενοι, καὶ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑπευθύνους φάσκοντες ἑαυτούς, κἂν μυριάκις ἔξαρνοι γένωνται, αὐτοὶ τὸν πρὸς βραχύ τι τοσούτων φόβων περιεστηκότων ἀνθρώπινόν τι παθόντα καὶ πρὸς ἄρνησιν ὑπολισθήσαντα, ἀπόβλητον παντελῶς καὶ ἀποτρόπαιον ἡγοῦνται, οὐ δι' ὃ προφασίζονται, ἀλλ' ὃ σιγῶσι καὶ ἀποκρύπτουσι· διότι περὶ τῆς ἀποστασίας αὐτῶν προανεκήρυξεν λέγων· σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ, καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε, καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν Παῦλος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων, ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. τὰ γὰρ τοῦ κορυφαίου ταῦτα λόγια ἄντικρυς τὴν αὐτῶν προανακηρύττει τόλμαν τε καὶ δυσσέβειαν. οἱ αὐτά τε τὰ κυριακὰ λόγια καὶ τὰ ἀποστολικὰ καὶ τὰς ἄλλας γραφὰς φημὶ δὴ τάς τε πράξεις τῶν ἀποστόλων καὶ τὰς καθολικὰς λεγομένας, πλὴν τῶν ἀναφερομένων εἰς τὸν κορυφαῖον, ἐκείνας γὰρ οὐδὲ τοῖς ῥήμασι παραδέχονται· οὗτοί εἰσιν οἱ ὡς ἀληθῶς στρεβλοῦντες καὶ διαστρέφοντες πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπώλειαν. καὶ τὰς πράξεις δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τὰς καθολικὰς οὐ πάντες αὐτῶν συναρμόζουσι ταῖς ἄλλαις· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ συντάττουσι.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν προφητῶν, καὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν λοιπῶν ἁγίων διαλαμψάντων, καὶ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, οὕτω μεμήνασι· καθολικὴν δὲ ἐκκλησίαν τὰ ἑαυτῶν καλοῦσι συνέδρια, ἡνίκα μάλιστα πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς λέγουσι καὶ συζητήσεις κινοῦσι· καθ' ἑαυτοὺς γὰρ προσευχὰς καλοῦσιν αὐτῶν τὰ συνέδρια. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ σωτήριον διαπτύοντες βάπτισμα, ὑποπλάττονται παραδέχεσθαι αὐτό, τὰ τοῦ εὐαγγελίου ῥήματα τῇ τοῦ βαπτίσματος φωνῇ ὑποβάλλοντες· καὶ γάρ, φασίν, ὁ κύριος ἔφη· ἐγώ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν. πλὴν ἐπειδὰν σφοδροτέρῳ τινὶ σωματικῷ νοσήματι περιπέσωσι, καὶ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν τὸν ἐκ ξύλου πεποιημένον αὐτοῖς ἐπιτιθέασιν· ἔπειτα τυγχάνοντες τῆς ἰάσεως, διαθλῶσι τοῦτον καὶ συμπατοῦσι, καὶ ἀπορρίπτουσι· ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν, ὑπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων αἰχμαλωσίας λέγω πολλάκις παρ' αὐτοῖς κατεχομένων, τῷ σωτηρίῳ ἀξιοῦσι φωτισθῆναι βαπτίσματι· λυσιτελεῖν τῷ σώματι τόν τε σταυρὸν καὶ τὸ βάπτισμα οἱ πάσης ὠφελείας λογοποιοῦντες ἀνάξιοι, μὴ μέντοι γε διαβαίνειν τὴν τούτων ἐνέργειαν εἰς ψυχῆς κάθαρσιν, ἢ τινα ἄλλην ταύτης ὠφέλειαν. καὶ δὴ καὶ τῆς κοινωνίας εἰσὶν αὐτῶν οὐκ ὀλίγοι τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν· ἀλλὰ τοῦτο πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων μεταλαμβάνουσιν.

fessionem, ubi instat formido, nullo negotio abnegent, nullique se crimini ideo obnoxios esse dicant, etiamsi millies negationem repetant, eum nihilominus qui ad breve tempus, cum tot periculorum formido circumquaque adesset, humanum quidpiam passus, & in abnegationem delapsus fuerat, omnino abjiciendum & repudiandum esse statuunt, non ob ementitam illam quam prætendunt causam, sed ob aliam, quam silent & occultant, quia nempe de defectione illorum prænuntiavit his verbis: *Satagite immaculati & inviolati ei inveniri in pace, & Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, & in omnibus Epistolis loquens in eis de his: in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Nam hæc Coryphæi eloquia ipsorum audaciam & impietatem prænuntiant. Qui ipsa Domini eloquia, necnon apostolica, aliasque Scripturas, nempe Actus Apostolorum, & catholicas, ut vocant Epistolas, admittunt, præter eas quæ Coryphæo (Petro) tribuuntur, illas enim ne verbo quidem recipiunt; illi, inquam, sunt qui vere detorquent, & evertunt in propriam sibi perniciem. Actus vero Apostolorum, & Catholicas, non omnes aliis adjungunt: sed quidam ex illis cum cæteris annumerant.

Sed circa Prophetas quidem, & vetus Testamentum, & circa cæteros sanctos viros, qui in eo effulserunt, & circa Coryphæum Apostolorum, sic illi insaniunt; Catholicam vero Ecclesiam suos vocant cœtus, cum maxime piæ religionis viros alloquuntur, & quæstiones movent. Inter se autem cœtus suos vocant Proseuchas, seu Orationes. Imo etiamsi salutarem Baptismum respuant, se tamen ipsum admittere simulant, Evangelii verba baptismatis voce subindicantes. Etenim inquiunt, Dominus dixit, *Ego sum aqua vivens.* Cæterum quando in vehementem corpoream ægritudinem incidunt, venerandam & vivificam crucem, ex ligno factam sibi imponunt. Deinde vero incolumitatem consequuti, illam oppugnant, conculcant & projiciunt. Quinetiam liberos suos, quando apud Ecclesiæ Presbyteros in captivitate detinentur, ut sæpe contingit, rogant salutari Baptismate illuminari, futiliter putantes Crucem & Baptisma corpori prodesse, homines sane omni commodo utilitateque indigni, sed eorum vim & operationem, nec ad animæ mundationem, nec ad aliam quampiam ejus utilitatem conferre arbitrantur. Sane ex illis non pauci in venerandi Corporis & Sanguinis Christi Dei nostri communione sunt; sed ut simpliciores circumveniant tantum, illis participant.

Ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις οὐδὲ τοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρους, οὐδὲ τοὺς λοιποὺς ἱερεῖς ἀποδέχονται· ἐπειδή, φασί, τὸ κατὰ Χριστοῦ συνέδριον οἱ ἱερεῖς καὶ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ συνεστήσαντο. τοὺς μέντοι παρ' αὐτοῖς ἱερέων τάξιν ἐπέχοντας οὐχ ἱερεῖς, ἀλλὰ συνεκδήμους καὶ νοταρίους ἐπονομάζουσιν. οὗτοι δὲ οὔτε σχήματι, οὔτε διαίτῃ, οὔτε τινὶ ἄλλῳ τρόπῳ βίον σεμνότερον ἐπιτηδεύοντι τὸ διάφορον αὐτῶν πρὸς τὸ πλῆθος ἐπιδείκνυνται.

Præter hæc vero quæ dicta sunt, neque Catholicæ Ecclesiæ Presbyteros, neque reliquos Sacerdotes admittunt, quoniam, inquiunt, concilium contra Christum initum Sacerdotes & Presbyteri, seu seniores populi constituebant. Eos itaque suorum, qui Sacerdotum statum præferunt, non Sacerdotes, sed Synecdemos & Notarios appellant. Hi vero nec habitu, nec vivendi ritu, neque alio quopiam modo, qui venerabiliorem vivendi rationem præferat, suam a plebe differentiam exhibent.

Τὸ δὲ παρ' ἡμῖν εὐαγγέλιον οὐκ ἐνδοιάζουσι προσκυνεῖν, οὐ μὴν ἔνθα τοῦ τιμίου σταυροῦ ὁ τύπος διαχαράσσεται, ἀλλ' ἐν τοῖς λοιποῖς τοῦ βιβλίου μέρεσιν, ἐν οἷς τὸ ἀπεικόνισμα τοῦ σταυροῦ μὴ διασημαίνεται. φασὶ δὲ τὸ βιβλίον προσκυνεῖν, ὡς τοὺς δεσποτικοὺς περιέχον λόγους· ἀλλ' ὅσα μὲν εἰς δογμάτων ἀνήκει λόγον, οὕτως εἰσὶ δυσσεβεῖς, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ πρὸς ἑαυτοὺς παντελῶς ἀσύμφωνοι.

Evangelium quod apud nos habetur, adorare non dubitant; non quidem ubi venerandæ Crucis figura delineatur, sed in reliquis libri partibus, ubi imago Crucis non repræsentatur. Dicunt autem se librum adorare, utpote qui Dominicos sermones complectatur; sed quantum ad dogmatum rationem pertinet, ita sunt impii, ac contra veritatem, contraque se invicem omnino pugnantes.

Ἡ δὲ πολιτεία τούτων γέμει μὲν ἀκολασίας, γέμει δὲ μιασμῶν ἀρρήτων καὶ ῥυπασμάτων ἀνεπινοήτων. χρῶνται μὲν γὰρ μίξεσιν ἑκατέρας φύσεως, πρὸς ἅπασαν ἀρρητουργίαν ἀνερυθριάστως ἔχοντες. πλὴν ἐνίους τινὰς αὐτῶν φασι τὴν πρὸς τὰς γεννησαμένας ἀποκλίνειν συνάφειαν. μέθῃ δὲ καὶ ἀσωτίᾳ τὸν βίον ὅλον ἔκδοτον ἔχουσι, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἠθῶν διαφθορὰν περιέπουσι. καὶ τί δεῖ καθ' ἕκαστον, ἀλλὰ μὴ ἐκ[illegible]φλύαι; οὐδὲν τὸν βίον ἀπᾴδοντα τοῖς δόγμασι περιφέρουσι.

Eorum vitæ genus, libidine plenum est, plenum item nefandis impuritatibus, ac fœditatibus quæ in mentem non cadunt: nam utriusque naturæ commixtionibus, nullam non vel inenarrabilem obscœnitatem sine pudore admittentes: tantummodo dicitur nonnullos eorum a coïtu cum matribus abstinere, ebrietati autem & luxui per totam vitam se dedunt, omnemque aliam morum corruptelam sectantur. Ad quid vero singula persequi? sed illud tamen dicendum, vitam apud eos in nullo a doctrina differre.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. εἰ δέ τισι φίλον καὶ αὐτόθεν πόθεν ἰδεῖν αὐτῶν τὴν δυσσέβειαν καὶ τὰ πρῶτα σπέρματα ὅθεν κατεβλήθη, Κύριλλός τε αὐτοῖς, ὁ τὰ τῆς ἱερᾶς πόλεως ἐγκεχειρισμένος πηδάλια τῆς ἱστορίας καθηγήσεται, καὶ ὁ πολὺς ἐν θαύμασιν Ἐπιφάνιος, καὶ δὴ τῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἱστορίας ἀναταξαμένων οὐκ ὀλίγοι, Τίτος τε ὁ Βοστρηνῶν ἐπίσκοπος, καὶ Σαραπίων ὁ τῆς Θμουέως, ὅ τε τῆς πόλεως Λύκων Ἀλέξανδρος τοὺς ἀρχιερατικοὺς ἐγκεχειρισμένος νόμους· ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὁ τούτων πάντων κατακράτος μάλιστα θριαμβεύσας τε καὶ διελέγξας τὴν προκειμένην ἀσέβειαν Ἡρακλειανὸς ὁ Χαλκηδόνος ἐπίσκοπος, ἐν εἴκοσι βιβλίοις τοὺς κατὰ τῆς ἀποστασίας ἀγῶνας καταβαλλόμενος, καὶ πλεῖστοι ἕτεροι. πλὴν καὶ νῦν ὁ λόγος οὐκ ἀσύμφορον τοῦτο λογιζόμενος καὶ ἐπιδρομήν τινα τῶν εἰς γνῶσιν ἡκόντων τὸ ἀπαραίτητον διελεύσεται.

Et illa quidem hactenus. Si qui autem velint a principio eorum impietatem & unde priora semina jacta fuerint conspicere, Cyrillus, cui sacræ urbis gubernacula tradita fuere, ipsis historiæ dux erit, necnon miraculis magnus Epiphanius, itemque non pauci eorum, qui Historias Ecclesiasticas adornarunt, Titus quoque Bostrenorum Episcopus, & Sarapion Thmuitanus, Alexander etiam qui Lycopoleos Archiepiscopatum tenuit. Præter hos autem is, qui de iis omnibus fortiter triumphavit, & hanc, de qua agitur, impietatem confutavit Heraclianus Chalcedonis Episcopus, qui viginti libris certamina contra eorum apostasiam instituit. Cæterum non abs re neque inutile fore duxi, quædam hîc recensere eorum quæ ad ejus notitiam pertinent, quæque exploratissima sunt.

Σκυθιανός τις, τὴν πατρίδα Αἰγύπτιος, τὸ δ' ἐξ ἀνθρώπων γένος Σαρακηνός, τῶν Ἀλεξανδρέων ᾤκει, οὔτε χριστιανοῖς συμφερόμενος, καὶ τὰ Ἰουδαίων οὐ προσιέμενος. οὗτος ἐκ τῶν Ἀριστοτελικῶν παρακουσμάτων ἐντελὴς τῆς γλώττης γεγονώς, τέσσαρας συντάττει βίβλους, ὧν τὴν μὲν εὐαγγέλιον ἐπωνόμασεν,

Scythianus quidam, patriâ Ægyptus, genere autem Saracenus, Alexandriæ habitabat, neque cum Christianis consentiens, neque Judæorum doctrinam admittens. Hic ex Aristotelicis male intellectis libris linguæ [Græcæ] usum assequutus, quatuor composuit libros, quorum unum quidem *Evan-*

ἐν ᾗ πράξεις Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν φθοροποιοί τινες καὶ ἀποδόπαιοι θεομάχῳ γνώμῃ διαπλάττονται· τῇ δευτέρᾳ δὲ κεφάλαιον, τὴν κλῆσιν ἐπέθετο· καὶ τὴν τρίτην τῷ τῶν μυστηρίων ἐσήμαινεν ὀνόματι, ἐν ᾗ, ὡς ἔδοξεν αὐτῷ, τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν διασκευαί τινες καὶ διαβολαὶ πραγματεύονται. ἡ δὲ τετάρτη ψυχικοῦ θανάτου πρόξενος οὖσα, θησαυρὸς ζωῆς ἐπιγέγραπται. τούτῳ δὲ τῷ Σκυθιανῷ μαθητὴς Τερέβινθος ὄνομα, καὶ πικρῷ θανάτῳ τοῦ διδασκάλου κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, ἐκεῖσε γὰρ παρεγεγόνει, τοῦ ἀνθρώπου ἀποφθαρέντος, ὁ τῆς κακίας μαθητὴς, τῶν τε χρημάτων αὐτοῦ καὶ τῶν βιβλίων τὸν κλῆρον ὑπέρχεται. ἐν Παλαιστίνῃ δὲ καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ διατρίβων καὶ παρὰ τῶν εὐσεβούντων ἁπάντων καταγινωσκόμενος, καὶ μὴ φέρων τὸ ὄνειδος, ἀπαίρει πρὸς τὴν Περσίδα, Βούδδαν ἑαυτὸν μετονομάσας. ἤδη γὰρ καὶ ἡ κλῆσις αὐτοῦ θρυλουμένη μισητὸν ἐποίει τὸν ἀσεβῆ, καὶ πρὸ τῆς ἐντεύξεως. πλέον οὐδὲν τῆς μετωνυμίας ἀπώνατο· ἐκ γὰρ τῶν ἔργων καὶ τῶν δογμάτων κατάφωρος τοῖς πρὶν ἀγνοοῦσι γενόμενος, ὑπὸ τῶν παρὰ Πέρσαις λογίων, οὐ δ᾽ αὐτῶν μὲν εὐσεβούντων, ἄμεινον δ᾽ ἐκείνου περὶ πάντα διακειμένων, ἠλέγχετό τε καὶ ἀπηλαύνετο. ἐξ οὗ φυγὰς γεγονὼς γυναικί τινι ἀνδρὸς κεχηρωμένῃ, ξενίας λόγῳ προσφθείρεται. εἶτα ἐπί τινος δώματος ἀνελθὼν, καὶ τοὺς ἐξ ἔθους αὐτῷ καλουμένους δαίμονας ἐπιβοώμενος, οὓς καὶ μέχρι νῦν οἱ τῆς Μανιχαϊκῆς ἀποστασίας ἐρασταὶ, ἐπειδὰν αὐτῶν τὴν μυσαρὰν ἰσχάδα τελῶσιν, ἐπικαλοῦνται· ταύτην δὲ οὕτως τὴν ἐξάγιστον διαπεραινόμενος τελετὴν, θείας καὶ δικαίας, ὡς ἀληθῶς, ἀπειλῆς ἔργον γίνεται. ἐκδισκευθεὶς γὰρ τοῦ δώματος αὐτῇ δυσσεβείᾳ καὶ βδελυραῖς τελεταῖς, ὅλως τε τὸ σῶμα συνετρίβη καὶ τὸν βίον κατέστρεψατο. ἀλλ᾽ οὕτω μὲν καὶ ὁ δεύτερος τῆς δυσσεβείας ἐξεκόπη θηρίον.

Οὐκ εἰς καλὸν δὲ ἄρα ἡ χήρα, τῆς δυσσεβοῦς ξενίας ἀπώνατο· ὁρῶσα γὰρ ἑαυτὴν ἀνδρός τε καὶ παίδων καὶ τοῦ λοιποῦ γένους ἔρημον, χρημάτων τε κλῆρον αὐτῇ προσγινόμενον καὶ τῶν μυσαρῶν ἐκείνων βιβλίων, παραμύθιον τῆς ἐρημίας παῖδα, Κούβρικον ὄνομα ἀργυρίου ὠνεῖται, ὃν υἱὸν θεμένη τοῖς Περσῶν μὲν τοῖς μαθήμασιν ἐστοιχείου, πικρὸν δὲ ἄρα βέλος κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης προεξώνει φύσεως. ἀποφθαρείσης γὰρ τῆς χήρας, κληρονόμος μὲν καὶ τῶν χρημάτων γίνεται καὶ τῶν δυσσεβῶν βιβλίων. τὸ δὲ τῆς οἰκετικῆς ὄνομα τύχης, ἵνα μὴ αὐτῷ (a) μῶμον ἢ δουλείας περιγράφοιτο, εἰς Μάνην μεταβάλλει. δηλοῖ δὲ τοῦτο Περσίδι γλώσσῃ τὸν εἰς ὁμιλητικὸν καὶ πρὸς διάλεξιν δραστήριον. καὶ τοιοῦτος γὰρ τοῖς πολλοῖς ἐδόκει, ὁ μᾶλλον Ἑλλήνων γλώσσῃ ἢ τῇ Περσίδι Μάνης ἐπάξιος ὀνομάζεσθαι· ἔργῳ γὰρ ὡς ἀληθῶς, τῆς μανίας δοχεῖον, εἴπερ τις ἄλλος ἐχρημάτισεν· ὅλον τὸ τῆς

(a) Colb. μῶμον ἡ δουλεία, quæ lectio non spernenda.

*gelium* appellavit, ubi acta quædam Christi Dei nostri corruptionem præferentia, & abominanda impiâ ac Deo perosa mente confinguntur; secundum κεφάλαιον, seu *Capitulum* inscripsit; tertium, *Mysteriorum* nomine insignivit, ubi secundum mentem suam Legis & Prophetarum refutationes & calumniæ contra eos instituuntur. Quartus qui mortem animæ parit, *Thesaurus vitæ* inscribitur. Huic autem Scythiano discipulus fuit nomine Terebinthus. Ac cum acerba morte Magister in Judæa, quo commigraverat, periisset, nequitiæ Discipulus & pecuniarum & librorum hæreditatem adiit. In Palæstina vero & in Judæa degens, ac piorum omnium judicio damnatus, opprobrium non ferens, in Persidem proficiscitur, mutato in Buden nomine; jam enim fama ejus pervagata odiũ impio viro conciliaverat, antequam in cujuspiam consortium veniret. Verum nihil ipsi profuit nominis commutatio: cum enim ex operibus & ex doctrina iis qui se prius ignorabant notus evasisset, a viris apud Persas eruditis, qui non pie quidem sentiebant, sed meliorem tamen circa omnia sententiam tuebantur, confutatus & expulsus est. Hinc profugus, a vidua quadam hospitii causa exceptus, magis magisque corrumpitur. Postea conscenso quodam tecto, dæmonas pro more suo cum clamore invocat, quos hodieque Manichaïcæ defectionis amatores, quando detestandam suam Ischada celebrant, invocare solent: postquam hanc detestandam initiationem persolvisset, divinæ ac vere justæ comminationis opus efficitur: projectus namque de tecto, in ipsa impietate & exsecrandis mysteriis, toto corpore contritus est, & vitam cum morte commutavit: sicque altera impietatis fera concisa est.

Non bonum autem vidua Impii hospitii fructum percepit: cum enim videret se & viro, & liberis & toto genere orbatam, pecuniarum ac detestabilium librorum hæreditate auctam esse, in solitudinis suæ consolationem, puerum sibi Cubricum nomine argenti pretio emit, adoptatumque Persarum disciplinis erudivit, atque acerbum contra humanum genus telum exacuit. Defuncta namque vidua, & pecuniarum & impiorum librorum hæres efficitur. Domesticæ porro fortunæ nomen ne sibi aut vituperii aut servitutis notam inureret, in Manem mutavit: hoc vero nomen linguâ Persicâ significat disertum, & in dialectica strenuum. Et talis multis esse videbatur, qui tamen magis Græcâ linguâ Manes (sive furiosus) quam Persicâ (Manes, sive disertus) vocari merebatur: nam ipse opere vere insaniæ receptaculum, si quispiam alius, erat: totum quippe erroris

πλάνης πνεῦμα ἐν ἑαυτῷ χωρήσας, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐνεργούμενος, ὃς καὶ παράκλητον ἑαυτὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, ἐξεμανὴ ὀνομάσαι· τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆς μιμήσεως ἐκ τῶν καθηγησαμένων αὐτοῦ διαδεξάμενος. καὶ γὰρ δὴ τούτων ὁ μὲν Σκυθιανὸς πατέρα ἑαυτὸν, ὁ δὲ Τερέβινθος υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἐκ παρθένου τε γεννηθῆναι, ὢ τῆς ὑπερβολὴν οὐκ ἐχούσης ἀθεότητος, (a) ὀνομάζειν οὐκ ἐτόλμησεν. ἐξ οὗ καὶ μαθητὰς συνηθροίσατο δύο καὶ δέκα, οὓς καὶ τῆς πλάνης διέπεμπε κήρυκας. ἀλλ' ὁ μὲν ἐμβρόντητος Μάνης τοῦ κακοῦ γεγονὼς περιβόητος, ἥκει τῆς φήμης μέχρι καὶ τῶν ὤτων τοῦ Περσῶν βασιλέως. ὁ δὲ, καὶ γὰρ αὐτοῦ ὁ παῖς νοσήματι ἐνόσει [?], ἐπεὶ τὸν Μάνην ἐπαγγελλόμενον ἤκουεν εὐχῇ τὸν παῖδα ῥύσασθαι τῆς νόσου, δέχεται τὸν ἀλαζόνα τοῦ παιδὸς ἐπὶ θεραπείᾳ· καὶ δὴ οὗτος τοὺς παρόντας ἰατροὺς καίτοι ῥᾳδίαν ἐπαγγελλομένους παιδὸς τὴν ἴασιν, ἀποπεμψάμενος, ἅμα τε τὴν εὐχὴν ἐτέλει, καὶ τῆς ζωῆς ἤλασε τὸν οὐκ ἂν τοῦτο παθόντα, εἰ μὴ αὐτὸς τὴν θεραπείαν ὑπέσχετο. οὕτω γοῦν θᾶττόν τε καὶ περιφανῶς τῆς ἀσεβείας τε καὶ ἀλαζονείας τοῦ κακοδαίμονος στηλιτευθείσης, εἱρκτὴν κακούργων οἰκεῖν ὁ πλάνος καταδικάζεται. ἀλλ' ὅ γε δοῦλος ὢν καὶ δουλικῆς τέχνης ἔμπειρος, εἰδώς τε ἀκριβῶς ὡς φόνου δίκας ὑποσχεῖν οὐκ εἰς μακρὰν ἐστὶν ἄξιος, ἅτε δὴ τῇ καθ' ἑαυτὸν ἀποστασίᾳ τὸν βασιλέως ἀνελὼν παῖδα, διαφεύγει [?] τοῦ οἰκήματος, καὶ γίνεται τοῖς δεσμοφύλαξι θανάτου παραίτιος· καὶ γὰρ ὅτι μὴ ἀσφαλῶς ἐτήρουν τὸν ἀλιτήριον, τῆς κεφαλῆς ἐζημιώθησαν ἅπαντες.

Ἀλλ' οὗτος ὁ δοῦλος καὶ πλάνος καὶ φονεὺς καὶ δέσμιος, φυγὰς καταλαμβάνει τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ σπείρειν πάλιν ἄρχεται τὰ τῆς ἀποστασίας ζιζάνια. ὁ δὲ τῶν (b) Καρχάρων ἐπίσκοπος, Ἀρχέλαος αὐτῷ ὄνομα, ἀνὴρ ἱερὸς, καὶ περὶ λόγους τούς τε θείους καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους περιδέξιος, ἑλληνικὸν ἀθροισάμενος ἀκροατήριον, ἵνα μὴ δόξῃ χριστιανῶν κρινόντων φιλονεικίᾳ λαμβάνειν τὰ νικητήρια ἡ ἀλήθεια, πρὸς τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀνακινήσας λόγους, οὕτω κατήσχυνε, καὶ διήλεγξε τὸν τρισαλιτήριον, ὡς αὐτίκα καταφυγεῖν ἐκεῖθεν, καὶ μηδὲ φυὴν λαβεῖν τὰ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ σπέρματα. ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀποδρὰς καταλαμβάνει κώμην τινὰ τῶν εὐτελεστάτων. κἀκεῖ πάλιν ὑποθάλπειν ἐμηχανᾶτο καὶ παραδεικνύειν τὸ οἰκεῖον δυσσέβημα. ἀλλ' ὁ θερμὸς τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν Ἀρχέλαος, οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν προβάτων ποιούμενος πρόνοιαν, οὐκ ἐρραθύμει διώκειν τὸν πικρότερον λύκον, τὸ ποίμνιον διασπαράσσειν ἐπαναστάμενον. διὸ πάλιν ἐκεῖθεν, ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, οὐ δι' αὐτὴν τὴν παρουσίαν ἄνευ [?] μεγάλης ἀγωνίας ὑποστὰς, ἀποδιδράσκει, καὶ τόπον ἐκ τόπου διαμείβει. ἐν οἷς πλανώμενον οἱ τῶν Περσῶν βασιλέως δορυφόροι, ἅτε πανταχοῦ τὸν ἀλιτήριον διερευνώμενοι, εὐ-

spiritum in se continens, ab ipso agitabatur, qui se Paracletum ac Spiritum sanctum furiosi instar nominavit, mores imitatus eorum qui hujus instituti auctores sibi fuerant, quorumque successor erat. Ex iis namque Scythianus se Patrem, Terebinthus vero Filium Dei ex Virgine natum, (O impietatem nullum modum habentem!) nuncupare ausus est. Exinde vero Discipulos congregavit duodecim, quos etiam erroris præcones emisit. Sed furiosus ille Manes cum scelere celebris evasisset, nuntiâ famâ ad aures usque Persarum regis pervenit. Ille cum filium morbo laborantem haberet, audiretque Manem pollicitum esse, se filium ejus ex morbo precibus erepturum esse, arrogantem hominem ad filii curationem adhibet: ac medicos tum præsentes, tametsi ægritudinis curationem facilem fore promittebant, ejecit. Ille vix dum orationem compleverat, & vitam eripuit ei, qui id forte passus non esset, nisi ille incolumitatem promisisset. Cum itaque subito & aperte impietas & arrogantia scelesti hominis deprehensa fuisset, in maleficorum carcerem impostor ille damnatus conjicitur. Sed cum servus esset ac servilis artificii peritus, sciretque se non diu postea patratæ cædis pœnas daturum esse, utpote qui regis filium impietate sua occidisset, e domo aufugit, & custodibus carceris necis causa fuit: nam quia scelestum illum non accurate custodierant, capite omnes plexi sunt.

At hic servus, erro, homicida, carceri mancipatus, advenit profugus in Mesopotamiam, & defectionis suæ zizania rursum serere incipit. Carcharorum autem Episcopus cui nomen Archelaüs, vir sacer, & divinarum humanarumque litterarum peritissimus, collecta Græcorum seu Gentilium auditorum manu, ne Christianis judicantibus veritas per favorem triumphasse videretur, instituta adversus Maniæ cognominem pia disputatione, impiissimum hominem ita pudefecit & confutavit, ut inde statim aufugeret, & defectionis ejus semina nullam ibi radicem ponere possent. Hinc profugus vicum quemdam ignobilem occupat, ibique rursum impietatem suam fovere, & patefacere satagit. Sed fervens ille impietatis propugnator, & vere pastor Archelaüs, cum non modicam oviū curam gereret, non segnis erat in persequendo acerbo hujusmodi lupo, qui ad ovile discerpendum insurrexerat. Quamobrem ille Maniæ cognominis, qui ejusmodi viri præsentiam non sine magna anxietate sustinebat, aufugit, & e loco in locum transmigrat. Dum sic vagaretur, Persarum regis satellites, qui scelestum ubique perquirebant, comprehensum ad-

(a) Colb. ὀνομάζειν ἀπετόλμησεν.

(b) Sic Colb. Coislinianus vero Μαρχάρων, male.

ducunt

ἐόντες ἄγουσι πρὸς τὸν ἀποστείλαντα, δέσμιον, καὶ ὃς τοῦ τε ψεύδους καὶ τῆς ἀπάτης καὶ τῆς φυγῆς πολλὰ χλευάσας καὶ κατονειδίσας, δίκην ἔλαβεν ἀντὶ πάντων μίαν, τὸν τοῦ ἀπατεῶνος κἀκείνῳ μόνῳ πρέποντα θάνατον. εἰ γὰρ καὶ μηδαμῇ μηδαμῶς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἦν, μήτε παθεῖν μήτε δρᾶσαι ἄξιος, ἀλλά γε τῶν Μάνεντος ἀνυπερβλήτων δυσσεβημάτων οὐκ ἀνάξιος. ἔτι γὰρ ἐν ζῶσιν ὄντος τοῦ κακοδαίμονος, εἰς ἀσκὸν τὸ σῶμα ἀποδείραντες, οὕτω τῆς ζωῆς διασπῶσι καὶ διαρρηγνύουσι. τὸ λοιπὸν τοῦ σώματος βορὰν θηρίοις προσρίψαντες, αὐτὸ δὲ τὸ δέρμα θυλάκου δίκην πληρώσαντες πνεύματος, πρὸ τῶν πυλῶν ἀνηρτήσαντο. ἀλλὰ τὴν μὲν τοῦ βίου καταστροφὴν ὁ ἀποστάτης οὗτος καὶ τρισαλιτήριος τοιαύτην ἀπείληφεν.

Ἕτερος δὲ τῷ χρόνῳ βραχύ τι τούτου πρεσβύτερος, ὁμότιμος δὲ τῆς δυσσεβείας, (a) Ζαιάρης ὄνομα, καὶ αὐτὸς οὐκ ὀλίγα τῆς δυσσεβείας τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει ἐπελυμήνατο. μαθηταὶ μὲν τοῦ δυσωνύμου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα, Σισίννιος ὁ καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ τῆς δυσσεβοῦς διδασκαλίας ἀναδεξάμενος, καὶ Θωμᾶς ὁ τὸ κατ' αὐτὸν ὀνομαζόμενον συνταξάμενος εὐαγγέλιον, Βούδας τε καὶ Ἑρμᾶς Ἀδάμαντος, καὶ Ἀδείμαντος ὃν καὶ διαφόροις διέπεμψε κλίμασι τῆς πλάνης καὶ τῆς ἀποστασίας αὐτῶν κήρυκα. ἐξηγηταὶ δὲ καὶ οἷον ὑπομνηματισταὶ αὐτοῦ γεγόνασιν Ἱέραξ τε καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἀφθόνιος. ἠριθμοῦντο δὲ τῷ χορῷ τῶν μαθητευθέντων αὐτῷ καὶ Ἀγάπιος, ὁ τὴν ἑπτάλογον καλουμένην συντάξας, καὶ Ζαρύας, καὶ Γαυριάβιος.

Καὶ ὁ μὲν τῶν τότε συνακμασάντων τῆς ἀσεβείας χορὸς, ἐν τοσούτοις περιιστίετο· ὧν πῶς ἄν τις εἴποι τὰς πράξεις, πῶς δὲ διέλθοι τὰ δόγματα; ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἤλασαν πάσης μὲν ἀκαθαρσίας, πάσης δὲ ῥυπαρίας, καὶ πάσης ἀτοπωτάτου δόξης, καὶ (b) τοσοῦτον αὐτῶν γέμει τὰ βιβλία ῥυπασμάτων τε καὶ ἀτοπημάτων, ὡς μηδὲ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἐκείνων προεληλυθότας καὶ τὰ πλεῖστα τῆς αὐτῶν δυσσεβείας διακατασχόντας αἰσχύνεσθαι τοῦ λοιποῦ στέργειν ἐκεῖνα καὶ ἀποδέχεσθαι· τοῦτο μὲν τὸ ἀνυπέρβλητον τῆς βδελυρίας οὐ στέγοντας, τοῦτο δὲ τῶν προσταγμάτων τὸ ἀλόγιστον λογισμοῖς ὑποβάλλειν οὐκ ἔχοντας, τοῦτο δὲ τὸ παρὰ πᾶσιν ὄνειδος καὶ τὴν χλεύην καὶ τὸν καταγέλων (sic) καὶ τὸ μῖσος ὥσπερ διευλαβούμενοι καὶ ἀποκλίνοντες. διὰ τοῦτο καὶ αὕτη ἡ νεοφανὴς τῶν παλαιῶν ἐκείνων τῆς βδελυρίας σπερμάτων παραφυὰς, ὥσπερ καὶ πρόσθεν ἔφημεν, τὰ παρ' ἐκείνων τῶν διδασκάλων ἐγγράφως αὐτοῖς συντεταγμένα οὐ μὲν οὖν οὐκ ἀγαπῶσιν οὐδὲ περιέπουσιν· ἀλλ' ἐκείνοις μόνοις κακούργως καὶ πονηρῶς προσανέχειν ὑποπλάττονται, ἐν οἷς τά τε κυριακὰ ἀναγέγραπται λόγια καὶ τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου αἱ ἐπιστολαί· καὶ παρ' ἐνίοις τῶν ἀποστόλων αἱ πράξεις, καὶ τῶν καθολικῶν ὅσαι παρὰ τὰς τοῦ κορυφαίου τυγχάνουσιν. τούτων δὲ τῶν

(a) Colb. Ζαρ[illegible].

ducunt vinctum ad eum qui se miserat. Qui cum ejus mendacium, fallaciam, & fugam irrisisset cumque opprobriis insectatus esset, ultionem sumsit pro omnibus unam, mortem infligens quæ uni plano hujusmodi conveniebat. Licet enim id humanæ naturæ nullatenus sit, nec quempiam talia vel pati vel facere fas esse videatur; attamen horribilium Manetis impietatum non indigna mors erat. Cum enim infelix ille adhuc in vivis esset, corpus detracta pelle in utrem excoriantes, sic ex vita detrahunt, & quasi dissecant: reliquum vero corpus in prædam feris projiciunt, ipsamque pellem utris instar vento repletam pro foribus suspenderunt. Talem Apostata & scelestissimus homo vitæ terminum consecutus est.

Alius porro huic tempore paulo antiquior, par impietate, Zaranes nomine, non pauca impietatibus suis humano generi damna importavit. Discipuli autem infausti nominis viri Manetis fuere duodecim; Sisinnius qui dignitatem impiæ illius doctrinæ excepit; Thomas qui Evangelium suo nomine scripsit, Budas, Hermas, Adamantus, Adimantus, quem in diversa orbis climata, erroris & defectionis præconem misit. Explanatores vero & quasi commentatores ejus fuerunt Hierax, Heraclides & Aphthonius. In discipulorum item ejus choro numerabantur Agapius, qui Heptalogum, ut vocant, conscripsit, Zaruas & Gauriabius.

Chorus autem impietatis eorum, qui tunc temporis una floruerunt hos complectebatur, quorum acta narrare vel dogmata recensere quis valeat? Eo enim usque impuritatis omnimodæ devenerunt, eousque immunditiæ, eousque impiæ doctrinæ, totque sordibus & absurditatibus eorum libri repleti sunt; ut ne quidem successores illorum qui maximam eorum impietatis partem retinuerunt, eos amplecti, & recipere audeant; tum quod abominationum in illis contentarum exuperantiam tegere non valeant; tum quod irrationabilitatem præceptorum, ratiociniis subjicere non possint; tum etiam quod metuant & caveant, ne opprobrium, risum atque odium apud omnes sibi concilient. Quamobrem hæc nuper exorta veterum illorum abominationis seminum fruticatio, ut supra diximus, quæ ab illis olim magistris scripto sibi tradita sunt, neque amplectuntur, neque tuentur; sed iis solum se adhærere vafre & callide simulant, in quibus dominica oracula, & magni Apostoli Pauli Epistolæ descriptæ sunt; nonnullis etiam Acta Apostolorum, & Catholicæ Epistolæ, præter eas quæ Coryphæi (Petri) sunt admittuntur. Hujusmodi

(b) Colb. τοσοῦτον.

ἱερῶν ἀντιποιεῖσθαι χρηματίζονται λογίων, ὡς ἂν ἔχοιεν ῥᾳδίως ἐξαπατᾶν τοὺς νωθεστέρους τε πρὸς εὐσέβειαν καὶ ἀμαθεστέρους, ὡς παρ' αὐτοῦ Χριστοῦ εἴπουσι παρειληφότες καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἃ τῆς ἀποστασίας αὐτοῖς ἀπέτεκεν ἡ ἀπόνοια.

Ὁ μὲν οὖν Μάνης οὗτος ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποστασίας ἔξαρχος, ἐπὶ τῆς βασιλείας ἐνάτῳ Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλιήνου, οἱ Ῥώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος, τῆς ἐν Πέρσαις φυλακῆς διαφυγών, (οὐδὲν γὰρ κωλύει μελετᾶν ἃ τῆς ἱστορίας ὁ δρόμος παρῆλθεν ἄνωθεν,) καὶ κατὰ Μεσοποταμίαν γεγονώς, ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Ἀρχελάου, Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ ἔφορος ἦν, πολλοῖς μὲν καὶ μεγάλοις ἐλέγχοις τῆς δυσσεβείας ἀπητήθη· ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς, εἰς Διωρίδα Καρχάρων κώμην παραδύεται. (a) ἐνταῦθα δὲ Τρύφωνί τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρὶ, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμὸν ἐντυχὼν, τὰ ἴσα ὑπέστη. πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτός γε ὁ Ἀρχέλαος τὴν ἐκεῖσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθὼν, ὀξὺς γὰρ ἦν καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον, καταλαμβάνει τὸ χωρίον, καὶ πολλῆς ἐμπλήσας τὸν πλάνον ἀμηχανίας, καὶ ἣν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς αὐτοῦ τὰ μυσαρὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέν τε καὶ ἀνεσκεύαζε, καὶ προὐτίθει πᾶσι γελωτά τε καὶ βδέλυγμα. παρασκευάζει πάλιν φυγάδα γενέσθαι· καθ' ἣν, ὡς προέφημεν, πλάνην, ὑπὸ ἀνερευνώντων αὐτὸν καὶ ζητούντων ἁλοὺς, παρὰ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ἀπέτισε τὴν πικρὰν ἐκείνην δίκην.

Ἐκείνου δὲ τὸν βίον οὕτως οἰκτρῶς καὶ ἀθλίως καταστρεψαμένου, χρόνῳ ὕστερόν τινες τῶν αὐτοῦ τῆς δυσσεβείας μαθητῶν, μέχρι Σαμοσάτων τῆς Ἀρμενίας τὰ τοῦ πονηροῦ ζιζάνια ἐγκατέσπειραν. καὶ οὐ πολὺ τὸ μέσον, καὶ τὸ φθοροποιὸν ἐκεῖνο γεώργιον μέχρι Φαναροίας ὤφθη νομὴν λαβὸν καὶ φυόμενον. ἐξ οὗ καὶ ἡ κακὴ Καλλινίκη τοῦ βορβόρου πλησθεῖσα, ὥς μοι προείρηται, Παῦλον καὶ Ἰωάννην γεννήματα ἐχιδνῶν ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἀπέτεκε. κἀκεῖθεν διὰ τῶν ἐφ' ἑξῆς διαδόχων τῆς ἀσεβείας, μέχρι τῶν χρόνων Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, ἀπογόνου δὲ ὄντος οὗτος Ἡρακλείου, τῆς θεομαχίας ἀκαινοτομήτου παρατεινομένης· καὶ πολλῶν μὲν παραινέσεων καὶ διδασκαλιῶν, εἰ καὶ πρὸς ἀνόνητον ἀπεκρίθησαν πέρας, καταβληθέντων· πολλῶν δὲ εὐσεβῶν βασιλέων ξίφει τὴν δίκην τοὺς ἀποστάτας εἰσπραττομένων, καὶ μὴ δ' οὕτω τῆς ἀσεβοῦς φορᾶς ἱσταμένης, ἐπιγίνεταί τις τοῖς ἀποστάταις Ἀρμενίοις ὀνόματι Κωνσταντῖνος, Μανάναλις κώμη Σαμοσάτων πατρὶς αὐτοῦ ἐπιγράφεται, ἥτις καὶ μέχρι τοῦ νῦν Μανιχαίων [illegible] ὑπάρχει καὶ ἐνδιαίτημα. ἀλλὰ γὰρ οὗτος Κωνσταντῖνος, τῶν τῆς ἐκκλησίας τινὰ διακόνων, ἀπὸ τῆς κατὰ Συρίαν αἰχμαλωσίας πρὸς τὴν οἰκείαν ὑποστρέφοντα πατρίδα, ἐπὶ ἡμέρας οὐκ ὀλίγας ἐξένιζε. Βί-

(a) Colb. ἐν ταύτῃ.

sacra eloquia se tueri simulant, ut eos qui circa piam religionem hebetiores & imperitiores sunt facilius decipere queant, quasi ab ipso Christo & a Discipulis ejus ea receperint, quæ defectionis suæ insania peperit.

Hic itaque Manes tantæ defectionis princeps, nono Valeriani & Gallieni Romæ Imperatorum anno, e custodia Persarum elapsus, (nihil enim impedit quominus ea persequamur, quæ supra historiæ decursus prætermisit,) & in Mesopotamiam profectus, a Divino Archelao sacro viro, qui tum Carcharorum in ea regione præsul erat, multis magnis contra impietatem suam argumentis exagitatus est. Atque inde, insperato suffusus pudore, profugus Dioridem Carcharorum vicum ingreditur: atque ibi cum Tryphone quodam strenuo & sacro viro, presbyteratûs gradum obtinente congressus, parem subiit casum; imo etiam ipse Archelaüs, cum seductorem eo se recepisse comperit, acer quippe vir erat & pio studio movebatur, statim in vicum se contulit; ac postquam seductorem illum in magnas angustias, & in pudorem a quo declinabat, conjecisset, ac exsecranda ejus dogmata evertisset confutassetque, vlrumque omnibus deridendum detestandumque propinasset, eum ad fugam denuo perpulit; in qua, ut diximus, a perquirentibus & scrutantibus captus, regi Persarum acerbas illas pœnas dedit.

Cum autem ille vitam ita misere & infeliciter clausisset, elapso quodam tempore, quidam ejus impietatis Discipuli, usque ad Samosata Armeniæ, maligni zizania sparserunt: nec multo post intervallo, corrupta ejusmodi sementis ad Phanaream usque pullulare visa est. Unde improba illa Callinica cœno repleta, ut supra dixi, Paulum & Joannem genimina viperarum, in generis humani perniciem peperit. Inde vero ab impietatis successoribus, usque ad tempora Constantini Imperatoris qui erat Heraclii abnepos, impietas illa sine ulla innovatione progressa est. Ac postquam multæ adhortationes & monitiones, licet inutili exitu, factæ fuerant, & postquam multi pii Imperatores in Apostatas gladio animadverterant, neque tamen impietatis cursus destiterat, apostatis Armeniis quidam supervenit nomine Constantinus, cujus patria erat vicus Samosatensium Mananalis nomine, quem ad hæc usque tempora incolunt Manichæi. Hic porro Constantinus quemdam Ecclesiæ Diaconum, ex Syria ubi captivus erat, in patriam suam revertentem, diebus non paucis hospitio excepit. Qui captivus libros ex

βλους δὲ ἀπὸ Συρίας ὁ αἰχμάλωτος συνεπεφέρετο αὐτὰς δύο, μίαν μὲν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, ἑτέραν δὲ τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου, ἃς ὥσπερ ἀμειβόμενος τῆς ξενίας ὁ ξενισθεὶς, καὶ ἀγνοῶν τοῦ ξενίσαντος τὸ δυσσεβὲς τῆς θρησκείας, τὰς ἱερὰς αὐτῷ ἐδωρήσατο βίβλους. κατιδὼν δὲ ὁ Ἀρμένιος Κωνσταντῖνος βδελυκτήν τε πᾶσι φρικτὴν καὶ ἀπευκταῖον τὴν αὐτοῦ δυσσέβειαν καὶ ἀποστασίαν, τῇ τοῦ διαβόλου συμβουλῇ μηχανᾶται τοιόνδε. πάσας μὲν ὅσας αὐτοῦ ἡ θρησκεία ἠγάπα τε καὶ περιεπτύσσετο βίβλους, ἀποβάλλεται καὶ ἀποσκορακίζει· γυμνὰ δὲ τὰ δόγματα τῶν γραμμάτων παρακατασχὼν, πειρᾶται ταῖς τοῦ εὐαγγελίου λέξεσι καὶ τοῦ ἀποστόλου, ταύταις ἐναρμόζειν τε καὶ περιάπτειν. διὸ πάσης αὐτοῦ τῶν δυσσεβημάτων καταψηφισάμενος βίβλου, μόνῳ προσανέχειν τῷ εὐαγγελίῳ καὶ τῷ ἀποστόλῳ, πρόσταγμά τε καὶ σπούδασμα ποιεῖται· ὡς ἂν δυνηθείη διὰ τῆς τοιαύτης κακοτεχνίας ἐπικαλυψάμενος αὐτοῦ τὸν βόρβορον τῆς ἀποστασίας, πολλοῖς τὸν θανατηφόρον ἰὸν τῶν δηλητηρίων αὐτοῦ δογμάτων ἐγκεράσαι. ἀλλ᾽ ἀποπέμπεται μὲν, ὥσπερ εἴρηται, σχήματι μόνῳ καὶ πλάσματι τὰς τῶν Μανιχαίων βίβλους, ἅτε δὴ καὶ ὁρῶν τοὺς τῶν χριστιανῶν νόμους, τοὺς ὅσοι κέχρηνται τῆς ἀποστασίας βίβλοις, τῷ ξίφει παραδιδόντας, καὶ αὐτὰς ἐκείνας πυρὸς δαπάνην ποιουμένους. τὰ μέντοι τῶν δογμάτων ἐπικαιρότερα καὶ τέλεια πρὸς ἀσέβειαν περιθάλπων τε καὶ περιπτυσσόμενος, τοῖς δεσποτικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς ὑποβάλλειν τε καὶ ὑποταγῆναι ῥήμασι, μηχανὴν πᾶσαν καὶ ἀγῶνα ἐτίθετο. τὰς δέ γε Οὐαλεντίνου τερατολογίας τῶν τριάκοντα αἰώνων καὶ θεῶν, καὶ τὴν τοῦ Κυβρίκου περὶ τοῦ ὑετοῦ βδελυκτὴν μυθοποιΐαν, Βασιλείδου τε τὰ μιάσματα καὶ τὰς ἀσελγείας, καὶ τῶν παραπλησίων τὸν δυσώδη βόρβορον, οὔτε σὺν παῤῥησίᾳ ἠσπάζετο οὔτε κατὰ γνώμην καὶ μυσταγωγίαν ἀπεστρέφετο· ἀλλ᾽ οἷά τις πρόσφατος καὶ καινὸς νομοθέτης, ἐκ πόρνης τε καὶ πολυπλόκου δυσσεβείας δόγματα τεκὼν, ἀποστασίας ὁδηγὸς καὶ προστάτης τοῖς πειθομένοις ἐσχάτης ἀπωλείας ἀναδείκνυται· ὅθεν οἱ νῦν τῶν Μανιχαίων παῖδες, ὡς καὶ πρὶν ἔφθην εἰπὼν, Σκυθιανὸν μὲν καὶ Βούδδαν καὶ Μάνεντα, προθύμως τῷ ἀναθέματι πέμπουσι· Κωνσταντῖνον δὲ ἐς τὰ μάλιστα θειάζουσί τε καὶ περιέπουσι, καὶ δὴ καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν ἀναδειχθέντας διαδόχους, ἴσα καὶ Χριστοῦ γεραίρουσιν, ἵνα μὴ πλέον εἴπω, ἀποστόλοις.

Ἀλλ᾽ οὗτος ὁ ἐκ Κωνσταντίνου Σιλουανὸς, εἰς Κίβωσαν ἀπὸ Μανάλεως μετελθών· ὢ ψυχῆς ἀθέου καὶ γνώμης πᾶσαν ἀναισχυντίαν καὶ ψεῦδος μηδὲν ἡγουμένης; ἑαυτὸν ἔλεγεν εἶναι ὃν αἱ τοῦ θεσπεσίου Παύλου ἐπιστολαὶ ἐπὶ μνήμης φέρουσι Σιλουανόν. καὶ τί ἄν τις εἴποι πρὸς τοσαύτην ἐμβροντησίαν; εἰς ποῖον δὲ ἄτοπον (1) ἐμπεσόντα τις ἐπιδεξάμενος, αἰσχυνθῆναι

(1) Colb. ἀπενεχθέντα.

Syria duos secum detulerat; unum sancti Evangelii; alterum magni Apostoli Pauli, quos in hospitii remunerationem, impiam hospitis sui religionem ignorans, dono ipsi obtulit. Conspicatus autem Constantinus Armenius, impietatem & defectionem suam, abominandam, omnibusque invisam ac perosam esse, diabolico consilio hoc machinatur. Omnes quidem libros quos religio sua diligebat & amplectebatur, abjicit & repudiat; sed dogmata sua scriptis destituta retinens, ipsis Evangelii & Apostoli dicta adaptare & adjungere conatur. Quamobrem damnato quolibet libro impietatem suam præferente, uni Evangelio & Apostolo attendendum esse statuit ac decernit: ut pravo hujusmodi artificio apostasiæ suæ cœnum obtegens, mortiferum opinionum suarum venenum multis miscere posset. Sed ille specie solum & figmento quodam, ut dictum est, Manichæorum libros ablegat, utpote qui cerneret Christianorum leges, eos qui apostasiæ libris utuntur gladio subjicere, eosque ipsos libros igni absumendos tradere. Ex dogmatibus ergo suis ea quæ ad impietatem opportuniora & perfectiora erant fovens & amplectens, nullam non machinam & contentionem adhibebat, ut eas Dominicis Apostolicisque dictis subjiceret adaptaretque. Valentini autem portentosam de triginta Æonibus & diis doctrinam, & Cubrici abominandam de pluvia fabulam, Basilidisque sordes & lascivias, necnon putidum quodque similium hominum cœnum, neque confidenter & palam amplectebatur, neque secundum sententiam & mystagogiam suam rejiciebat: sed velut quidam recens novusque legislator, ex meretrice & ex varie commixta impietate dogmata gignens, apostasiæ dux & præfectus in extremam obtemperantium perniciem declaratur. Quamobrem hodierni Manichæi, ut superius dixi, Scythianum, Budem & Manetem libenter anathemate feriunt; Constantinum vero maxime celebrant & colunt; ejusque successores, pares Apostolis Christi, ne quid amplius dicam, prædicant.

Hic porro Constantinus, qui & Silvanus, mutatis sedibus, Mananali Cibossam profectus; (O impiam animam, mentemque impudentiæ atque mendacio deditam!) se Silvanum esse dicebat eum, quem divini Pauli Epistolæ memorant. Quid vero dicatur tantâ insaniâ dignum? In quantam absurditatem delapsus, quanto pu-

παρεσκευάσατο τὸν ἀπ' αὐτῆς ἀρχῆς οὕτω διὰ καταφόρου κλοπῆς καὶ φρενοβλαβείας οὐκ ἐρυθριάσαντα προελθεῖν; πλὴν ἀλλ' οὕτω περιφανῶς τερατευόμενος καὶ ψευδολογῶν, εὗρεν οὓς εἵλκυσε πείθεσθαι αὐτῷ. καὶ Μακεδόνας μὲν ἐκάλει τοὺς τῆς ἀπάτης μαθητάς, ἑαυτὸν δὲ ὡς προείρηται Σιλουανόν· ἀπεστάλθαι τε παρὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου πρὸς αὐτούς, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἄλλα διερραψῴδει τε καὶ συνέπλαττε. ἀλλ' εἴκοσι μὲν καὶ ἑπτὰ διατείνας ἔτη ὅλα ἐν οἷς εἴρηται τόποις τὸ λαοπλανὲς ἐκεῖνο καὶ κακομήχανον τέρας, πολλούς τε τῶν ἐγχωρίων τῆς αὐτῆς μεταλαβεῖν παρασκευάσας λύμης, καὶ καταφωραθεὶς ἐφ' οἷς ἐθεομάχει γεγονώς, καὶ λίθων βολαῖς τὴν δίκην ὑποσχών, ἔδυ εἰς ᾅδην. Κωνσταντῖνος γὰρ ὁ βασιλεὺς τὰ κατ' αὐτὸν ἀναπεπυσμένος, στέλλει τινὰ τοὔνομα Συμεῶνα τὸν μὲν λαοπλάνον ὑπαγαγεῖν τῇ δίκῃ· ὅσοι δὲ τῆς ἐκείνου πλάνης μέτοχοι, εἴπερ ταύτης ἀφίστανται, καὶ τὴν τῶν μετανοούντων χώραν ὁλοψύχως ἀναπληροῦσι, τούτους δὲ ἄγειν πρὸς μάθησιν τῶν ὀρθῶν δογμάτων, καὶ κατάγνωσιν ἐπιπλέον τῆς ἀποστασίας τῆς τοῦ θεοῦ προσκαρτερεῖν παραδιδόναι ἐκκλησίαις. καταλαβὼν δὲ ὁ ἀπεσταλμένος τὸν χῶρον, ἐν ᾧ τὸ τῆς πλάνης συνειστήκει ἐργαστήριον, καὶ συμπαραλαβών τινα τῶν ἐκεῖσε ἐπαρχόντων· Τρύφων τῷ ἀνδρὶ ὄνομα, συλλαμβάνει μὲν τοὺς ἠπατημένους, συλλαμβάνει δὲ καὶ τὸν τῆς ἀπωλείας διδάσκαλον· καὶ τοὺς μὲν πρὸς μετάνοιαν ὁλοψύχως ὁρῶντας, ἢ δοκοῦντας ὁρᾶν, τοῖς τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐφόροις ἐνεχείριζε· τοὺς δ' ἔτι πνέοντας τὴν ἀποστασίαν ὑφ' ἓν περιστησάμενος, καὶ εἰπὼν ἃ τοῖς τοιούτοις ἀκούειν ἥρμοζε, σκοπὸν μὲν αὐτοῖς προτίθησι τὸν καθηγεμόνα τῆς πλάνης, αὐτοὺς δὲ βάλλειν προστάττει τοῖς λίθοις· ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι ὀκνηρότερόν πως ἥπτοντο τοῦ ἔργου· Ἰοῦστος δέ τις ὄνομα, υἱὸς κατὰ θέσιν πεποιημένος τῷ Κωνσταντίνῳ, παρ' ᾧ καὶ τὴν μανιχαϊκὴν αἵρεσιν ἐμαθητεύθη· ἐπιγνούς, ὡς ἔοικεν, εἰς οἷον αὐτὸν βάραθρον ὁ διδάσκαλος ἐμβεβλήκει, χειροπληθῆ λίθον λαβών, καὶ πληγὴν καιρίαν τῷ κακῷ διδασκάλῳ ἐντεινάμενος, τοῦ ζῆν τὸν ἄθλιον ἀθλίως ἀπήλλαξεν. μεθ' ὃν καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος συνεπιθέμενοι τῷ ἔργῳ, σωρὸν λίθων τὸ πτῶμα εἰργάσαντο· ὡς καὶ μέχρι νῦν ἐκεῖθεν Σωρὸν ἐπίκλησιν τὸν χῶρον λαχεῖν.

dore convictus perfundetur is, qui ab ipso principio per manifestam fraudem & insaniam prorumpere non erubuit? Attamen licet ita conspicue portenta confingeret ac mentiretur, non defuere qui ejus dictis pellecti ipsi obtemperarent. Et ille quidem Macedonas vocabat discipulos suos, seque, ut supra dictum est Silvanum, seque a divino Paulo missum jactitabat, aliaque similia multa effutiebat. Sed postquam monstrum illud seducendo populo natum viginti septem annos in dictis locis manserat, incolarumque multos in eamdem traxerat perniciem, in impietate deprehensus sua, cum jactu lapidum pœnas dedisset, in infernum ingressus est. Re comperta enim Constantinus Imperator Symeonem quemdam misit, qui seductorem supplicio plecteret; erroris vero consortes, siquidem ab illo resilirent, & toto animo pœnitentium locum implere vellent, ad disciplinam sanæ doctrinæ & apostasiæ damnationem Ecclesiis traderet erudiendos. Cum prædictus (Symeon) pervenisset ad locum, ubi erroris officina aperta fuerat, Tryphonem quemdam ibi præfecturam gerentem adjungens sibi, tum eos qui seducti fuerant, tum ipsum perniciei doctorem apprehendit: atque eos, qui ad pœnitentiam respiciebant, vel respicere se simulabant, Ecclesiarum Dei Præsulibus tradidit; iis autem qui adhuc apostasiæ dediti erant simul adductis, atque ut par erat admonitis, Ducem erroris in scopum proposuit, præcepitque ut lapides in eum mitterent. Verum alii quidem rem segnius sunt aggressi; Justus autem quidam qui adoptatus in filium fuerat a Constantino a quo etiam Manichaïcam hæresin edoctus fuerat; agnoscens, ut verisimile est, in quantum se barathrum magister ille conjecisset, arrepto grandi saxo, lethalem ictum in pravum immisit doctorem, miserumque misere vitâ privavit: post eum vero reliqua multitudo manum operi admovens acervum lapidum cadaveri imposuit: unde factum est ut ad hanc usque diem locus ille Soros seu acervus appelletur.

Οἱ μέντοι τῆς τοῦ θεοῦ προσελθόντες ἐκκλησίαις, τό γε πλεῖστον αὐτῶν ἀντὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὸ ἀδιόρθωτον ἐπεδείξαντο· καὶ ὅ γε ταλαίπωρος Συμεών, ἀμαθής τε ὢν σωτηρίου διδάγματος, καὶ ἄλλως τὰς φρένας κοῦφος καὶ εὐπαράγωγος, λογοθετῶν καὶ ἀναπυνθανόμενος τὰ κατὰ τοὺς ἀποστάτας, ἀντὶ τοῦ μετακαλεῖν τινας πρὸς τὸ τῆς εὐσεβείας φρόνημα, αὐτὸς εἰς τὴν ἐκείνων ὀλέθριον θρησκείαν μετέβαλεν. πράξας δ' οὖν ὅπερ εἴρηται, καὶ ἀναδραμὼν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα βασιλέα, καὶ κρύπτων ἔνδον καὶ περιστέλλων τὸ θηρίον ἐπὶ ἔτη τρία, ἐπειδὴ αὐτοῦ κατομελετηθέντα ἔνδον πάντα ῥαγῆναι

Et alii quidem Dei Ecclesiis adjuncti fuere; sed maxima pars eorum obstinata in proposito mansit: imo miser quoque Symeon, utpote salutaris doctrinæ imperitus, & aliunde mente levis & versatilis, percontatus ac curiose perquirens ea quæ ad apostatas pertinebant, qui alios ad sententiam revocare debebat, ipse ad perniciosam eorum religionem accessit. Peractis igitur iis quæ supra dicta sunt, & reversus ad Imperatorem a quo missus fuerat, feram illam (erroris) intra se occultans annos 3. atque fovens; cum jam pro-

ximum

ἤδη καὶ πρὸς τὰ ἔξω ἐβιάζετο, ἀπαίρει λάθρα τῆς βασιλίδος, καὶ εἰς τὴν προειρημένην Κίβωσσαν παραγεγονὼς, ἀθροίζει μὲν τοὺς ὁμιλητὰς Κωνσταντίνου, ὃν αὐτὸς ἐκ προστάγματος ἀνεῖλεν, διδάσκαλον δὲ καὶ διάδοχον αὐτὸς ἑαυτὸν τῆς ἀποστασίας προχειρίζεται. κατὰ μίμησιν δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τῆς ἀποστασίας ἐξάρχων καὶ τὴν κλῆσιν εἰς Τίτον μετέθετο. τρεῖς δὲ ἐνιαυτοὺς ἐν τῇ τοιαύτῃ διατελέσας πλάνῃ, καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῆς εὐσεβείας συλαγωγήσας, ἐπεὶ τὰ τοιαῦτα πράττων ἑάλω, τὴν διὰ πυρὸς ἀπέτισεν ἐλεεινῶς, αὐτός τε καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ μυσταγωγηθέντων ὅσους εἷλεν τὸ ἀμεταμέλητον. ὁ γάρ τοι προειρημένος Ἰοῦστος, οὗ χειρὸς ἔργον ὁ τοῦ ἀποστάτου κατέστη θάνατος, μετὰ πολλὰς ἄλλας, οἷα εἰκὸς, ὁμιλίας τε καὶ συζητήσεις τὸ ἀποστολικὸν προβαλλόμενος λόγιον τὸ φάσκον· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. τοῦτο δὴ προβεβλημένος τὸ ῥητὸν, ἀντωμίσατο τῷ Συμεῶνι φάσκων, ὡς ἄρα μήποτε αὐτοί τε ἠπατημένοι εἶεν καὶ τοὺς ἑπομένους συναπατῶσιν, αὐτὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς θεὸν ἀληθῶς καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ ἐπιγράφοντες, ἀλλὰ παρὰ τοῦτον ἕτερόν τινα, ὃν τὰ ἀποστολικὰ οὐκ ἐπίστανται λόγια. ἐκ ταύτης δὲ τῆς κινήσεως, ἔριδος αὐτοῖς καὶ μάχης ἀσπόνδου συστάσης, προσφοιτᾷ ὁ Ἰοῦστος τῷ Κολωνείας ἐπισκόπῳ, ὡς ἂν τὴν διάνοιαν τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ καταλάβοι σαφέστερον, καὶ ἀνακαλύπτει πάντα ὅσα αὐτῷ τε καὶ τοῖς συνόδοις διεπέπρακτο. ὁ δὲ ἀναφέρει ταῦτα τῷ βασιλεῖ. Ἰουστινιανὸς δὲ ἦν, ὁ μετὰ Ἡράκλειον τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος· καὶ εἰς ἔρευναν καὶ κρίσιν δικαίαν τὰ κατ᾽ αὐτοὺς ὑποβληθῆναι κελεύσας, τούς τε ἀμεταμελήτους ἔχοντας, καὶ τοὺς μετάνοιαν πάλαι μὲν ἐπαγγειλαμένους, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀποστασίαν ἐπιτείνοντας, τὴν διὰ πυρὸς ὑποστῆναι προσέταξε θάνατον. καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος ἅμα Συμεῶνι, τῷ καὶ Τίτῳ, οὕτως τοῦ ζῆν πικρῶς ἐστερήθησαν.

Παῦλος δέ τις γένος Ἀρμένιος, δύο παίδων πατὴρ ὢν, τῷ μὲν Γεγναισίῳ, τῷ δὲ Θεοδώρῳ ὄνομα, τὸν θάνατον διδράσκει, ὃς κατὰ πάσης τῆς ἀποστατῶν μοίρας ἐψήφιστο, καὶ παραγίνεται μὲν εἰς τὴν ἀνωτέρω ἡμῖν ὀνομασθεῖσαν Ἐπισπάρειν, καὶ σπείρειν ἐσπούδαζε τὴν ἀσέβειαν. ἐκ τούτου δὲ τοῦ Παύλου, μέρος οὐκ ἐλάχιστον τῆς ἀποστασίας, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἕλκειν μᾶλλον ἢ ἐκ τῶν τῆς Καλλινίκης παίδων τὸ μυσαρὸν τῶν Μανιχαίων ἔθνος νομίζουσιν. οὗτος τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Γεγναίσιον, εἰς τὸ τῆς ἀθεότητος προχειρίζει διδάσκαλον, μετονομάσας Τιμόθεον. ἐξ οὗ δὲ φθόνος μὲν ἐμφύεται τῷ ἀδελφῷ, καὶ ὁ φθόνος τὴν στάσιν ἀπέτικτεν· καὶ ἑαυτὴν διερεθίσασα (sic) κατενέμετο ἡ ἀσέβεια τῶν ἀδελφῶν καὶ τῆς

ximum esset, ut omnibus intra se devastatis foras erumperet, ex Imperatoria urbe furtim se subducit, cumque ad memoratam Cibossam remigrasset, Constantini consortes & socios convocat, quem ille jussus interfecerat; seque apostasiæ doctorem & successorem constituit: atque exemplo eorum qui præcesserant, defectionis præfectorum, mutato nomine se Titum appellavit. Tribus autem annis in hujusmodi errore transactis, cum multos a pia religione avertisset, in hujusmodi gestis comprehensus, igne debitas pœnas luit; tam ipse quam ejus discipuli, qui resipiscere noluerunt. Etenim Justus supra memoratus, qui apostatam manu sua interfecerat, post alias multas, ut fieri solet, confabulationes ac quæstiones Apostolicum hoc dictum proferens: *Quoniam in ipso creata sunt omnia quæ in cœlis, & quæ in terra, visibilia & invisibilia; sive throni, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant.* Hoc, inquam, dictum objiciens, contra Symeonem insurrexit, dicens: Ne forte ipsi decepti essent, sequacesque suos deciperent, dum faterentur ipsum factorem cœli & terræ, Deum vere & Patrem Domini nostri Christi prædicantes; sed præter hunc alium quemdam, quem Apostolica eloquia non norunt. Cum ex hujusmodi commotione, lis & pugna irreconciliabilis inter eos orta esset; Justus Coloniæ Episcopum convenit, ut Apostolici dicti sensum clarius assequeretur: cui illa omnia enarravit, quæ inter se & sodales suos contigerant. Ille rem Imperatori denuntiavit. Is tum erat Justinianus, qui post Heraclium Imperium exceperat, quique mandavit, ut hæc negotia perquisitioni & justo judicio subjicerentur; ita ut ii qui resipiscere nollent, aut qui pœnitentiam olim polliciti, nihilominus in apostasia sua perseverarent, ignis supplicium subirent. Et alia quidem multitudo una cum Symeone, qui & Titus vocabatur, acerbo mortis genere periit.

Paulus vero quidam Armenius genere, cui duo filii erant Gegnæsius, & Theodorus, supplicio, quod toti apostatarum cœtui destinatum fuerat se fugâ subducens, in vicum supra memoratum, Epispárin nomine receptum habuit; ubi impietatem disseminare conabatur. Ab hoc autem Paulo pars defectionis non minima, & detestanda Manichæorum natio, putat se denominationem accepisse, potius quam ex Callinices filiis. Hic filium suum Gegnæsium, impietatis magistrum constituit, ejus nomine in Timotheum commutato. Qua de causa frater ejus invidiâ stimulatur: invidia autem seditionem peperit: ita ut divisa impietas seipsam dilaceret, altercan-

μήτραν καὶ τὴν ἀσέβειαν, τοῦ μὲν λέγοντος τὴν τοῦ πατρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλμένην χάριν, ἑαυτὸν τι παρὰ τοῦ λαβόντος εἰσδέξασθαι καὶ τοῦ προηγουμένου τῆς ἀσεβείας τῷ δευτέρῳ μὴ ὑπείξειν· τοῦ δὲ Θεοδώρου ταύτην ἀνθέλκοντος, (a) ἐφ' ἑαυτὸν οὐκ ἐκ τοῦ λαβόντος δευτέρας δόσεως μεταχεῖν, ἀλλ' ἐκ τῆς πρώτης δωρεᾶς, καὶ ὅθεν ὁ πατὴρ ταύτην εἵλκυσεν. ἔμεινεν οὖν ἡ τοιαύτη στάσις καὶ φιλονεικία μέχρι τοῦ ἐβδελυγμένου τέλους τῆς αὐτῶν δυσσεβεστάτης ζωῆς. ὁ δὲ ἐκ Γερμανικείας τῆς κατὰ Συρίαν Λέων, τηνικαῦτα τὰ σκῆπτρα τῆς ῥωμαϊκῆς ἐνεχειρίζετο· ὃς τὰ περὶ τῶν ἀσεβεστάτων τούτων ἀναμαθών, μετάπεμπτον μὲν ποιεῖται τὸν Γεγναίσιον. οὐκ ἔχων δὲ κρίσιν τὰ τοιαῦτα διερευνᾶν, καὶ τοῦτο καλῶς συνειδώς, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐξετάζει τὸν ἀποστάτην· τῷ δὲ κατὰ καιροὺς τῶν ἱεροσολύμων θρόνου τῆς προεδρίας λαχόντι, ἐξετασθησόμενον ὑπὲρ τῆς θρησκείας διαπέμπει. λόγων οὖν πολλῶν πρὸς τὸν ἀποστάτην προεληλυθότων, καὶ τὰ μὲν τῶν ἀσεβημάτων, ὡς ἔθος αὐτοῖς, διὰ τῆς ἀρνήσεως ἀποδυομένου, τὰ δὲ ῥήμασιν ὀρθοδόξοις ἐπιχρωννύντος, καὶ τῷ πολυπλόκῳ τῆς μεταβολῆς ἧς ἔνοχος ἦν ἀποστασίας διεισδύοντος τε καὶ διολισθαίνοντος, ἡ τῶν ἀκροατῶν ψῆφος ἀφεώρα πρὸς ἀθώωσιν· καὶ ὁ πάσης ἀσεβείας πλήρης, ἀθῷος εἶναι τῶν ἐπικλημάτων ἐνομίζετο. οἱ δὲ λόγοι, ὡς ἂν ἡ μίμησις εἴποι, τοιούτῳ διετυποῦντο σχήματι· διὰ τί, φησὶν ὁ πατριάρχης, ὦ οὗτος, τὴν ὀρθόδοξον ἠρνήσω πίστιν; ὁ δὲ ἀποστάτης τὸν ἀρνησάμενον τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἀνάθεμα εἶναι ὑπεκρίνατο, ὀρθόδοξον καλῶν τὸ οἰκεῖον ἀσέβημα. ἐπεὶ δὲ καὶ δευτέρα προὐβλήθη ἐρώτησις· διὰ τί οὐ προσκυνεῖς καὶ περιπτύσσεις τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ· ὁ ἀποστάτης πάλιν τῇ ὁμοίᾳ ἀρᾷ, τὸν μὴ προσκυνοῦντα τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν περιέπεμπε, σταυρὸν ὁ πάσης ἀρᾶς ἔνοχος, καὶ τὰ ἄνω κάτω ποιῶν, αὐτὸν ἀπεκάλει τὸν Χριστόν· τῇ γὰρ τῶν χειρῶν ἐκτάσει αὐτὸς, φησι, διέγραψε τὸν σταυρόν. καὶ τὰ μὲν ῥήματα ἦσαν τοῦ θεάτρου καὶ κοινά, τὰ δὲ διὰ τῶν ῥημάτων δηλούμενα τῆς ἀποστασίας καὶ μυστικά. ἐπὶ τούτοις ἠρωτᾶτο· τί δήποτε τὴν πανάγιαν θεοτόκον, τῆς ὀφειλομένης τιμῆς καὶ προσκυνήσεως οὐκ ἀξιοῖ. ὁ δὲ τὸ συνήθες αὐτῷ καὶ οὐ μήποτε λήξῃ, ἀνάθεμα κατὰ τῶν μὴ προσκυνούντων τὴν ἁγίαν θεοτόκον, ἀπέρριψε, προσθεὶς ἀσπάζεσθαι καὶ σεβάζεσθαι αὐτήν, εἰς ἣν ἐξῆλθεν καὶ εἰσῆλθεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, τὴν μητέρα πάντων ἡμῶν. ταῦτα δὲ ὁ δόλιος τῇ γλώττῃ λέγων, κατὰ τὴν μυσαρὰν αὐτοῦ τελετὴν καὶ διάθεσιν, τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐσκηνοποίει καὶ ἀνέπλαττεν θεοτόκον· εἰς ἣν καὶ πρόδρομον ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελθεῖν τὸν Χριστὸν, τὰ τοῦ ἀποστόλου κηρύσσει διδάγματα. τέταρτα εἰς ἐρώτησιν αὐτῷ προὔκειτο· διὰ τί δήποτε τὸ ἄχραντον καὶ φρικτὸν σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ὑβρίζει τι καὶ διαπτύει, καὶ μεταλαβεῖν αὐτῶν οὐκ

(a) Colb. ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ μὴ πατρόθεν ἐκ τοῦ λαβόντος.

tibus illis tam natura, quam impietate fratribus; alio quidem dicente, missam a Patre desuper gratiam ab eo qui acceperat se suscepisse; seque præfecturam impietatis secundo non cessurum esse; Theodoro autem hanc ad se gratiam pertrahente, ac dicente se non ab eo qui acceperat ex secundo dono accepisse, sed ex primo dono, & inde hausisse unde Pater traxerat. Hæc porro seditio contentioque ad usque finem impiissimæ amborum vitæ perseveravit. Leo autem Germaniciæ in Syria ortus tunc Romani imperii sceptra moderabatur, qui compertis impiissimorum hominum gestis, Gegnæsium accersivit. Cum autem probe sciret hæc examinandi jus non sibi competere, reum ad Patriarcham illius temporis remisit, qui de religione ejus quæstionem haberet. Multisque habitis cum apostata colloquiis; cum ille in quibusdam negando, ut mos ipsis erat, elaberetur, in aliis autem defectionis & apostasiæ suæ sententiam orthodoxis verbis, multiplicique vocum mutatione obtegeret, atque ita a crimine declinaret, auditorum calculus jam ad eum innocentem declarandum paratus erat: & omnimodæ impietatis homo innoxius & ab omni crimine purus existimabatur. Hujusmodi autem erat, exempli gratiâ, colloquii forma. *Heus tu*, dicebat Patriarcha, *quare orthodoxam fidem negasti?* Respondebat Apostata, eum qui orthodoxam fidem negaret, anathema esse, orthodoxam vocans impietatem suam. Hinc alterâ propositâ quæstione, *Quare crucem Christi non adoras & amplecteris?* Ille vero pari maledictioni eum qui vivificam crucem non adoraret, subjiciebat. At ille omni exsecratione dignus homo, qui omnia susque deque vertebat, Crucem vocabat ipsum Christum, qui manuum extensione crucem delineabat. Ac verba quidem erant theatrica & communia, sed ea quæ verbis significabantur apostasiæ propria & mystica. Sciscitabatur iterum: *Cur sanctissimam Deiparam debito honore & adoratione non dignaris?* Ille consueto sibi more, anathema dixit in eos qui sanctam Deiparam non adorarent; adjecitque se illam amplecti & colere, in quam ingressus & ex qua egressus est Dominus noster Jesus Christus, eamque omnium nostrum esse matrem. Hæc subdolus ille ore tenus dicens, secundum exsecrandam ejus initiationem atque sententiam, qua supernam Jerusalem Deiparam esse confingebat simulabatque, in quam præcursorem pro nobis ingressum fuisse Christum, Apostoli verba prædicant. Quarta ipsi quæstio proponebatur: *Cur immaculatum & tremendum Christi Dei nostri corpus & sanguinem contumeliis afficeret & respueret,*

ἀνέχεται. ὁ δὲ τρισαλιτήριος πάλιν, τόν τε ἀτιμίαις ὑπάγοντα τὸ σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῆς τῆς μετοχῆς αὐτῶν ἔξω διαμένοντα, τῷ ἀναθέματι περιέβαλε· σῶμα πάλιν καὶ αἷμα ὁ κατάρατος ἐννοῶν, οὐχ ἅπερ ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ κύριος δεσπότης σῶμα καὶ αἷμα καλεῖν, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνων τὰ κυριακὰ λόγια. τὰ ἴσα δὲ καὶ ὅμοια περὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπερωτηθεὶς καὶ ἀποφηνάμενος, τὸ συνέδριον τῶν Μανιχαίων καθολικὴν ἐκκλησίαν ἐσεμνύνετό τε καὶ ἀπεσήμαινεν. ἡ δὲ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἕκτη ἐρώτησις περὶ τοῦ βαπτίσματος αὐτὸν ἀνεπυνθάνετο, Εἰ μὴ καθάρσιον ἡγεῖται τοῦτο τῶν ψυχικῶν μολυσμάτων καὶ λουτρὸν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως. ὁ δὲ πάλιν διὰ τῆς ὁμοίας μηχανῆς καὶ προθύμως ἀπεδίδου τιμῶντα τὸ βάπτισμα καὶ ἀποδεχόμενον ἀπόκρισιν, τῇ τοῦ βαπτίσματος φωνῇ ὁ πάντα φύρων, καὶ συγχέων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ὑποβάλλων· γέγραπται γὰρ αὐτὸν εἶναι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν. οὕτως δὴ οὗτος τὸ δόλιον ἐκεῖνο καὶ κακομήχανον τέρας, μηδὲν μὲν τῆς ἀποστολικῆς καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τὸ παράπαν φρονῶν, μᾶλλον δὲ τἀναντία πάντα περιθάλπων τε καὶ περιέπων καὶ τιμῶν, ἐπεὶ πρὸς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἐνομίσθη τοῖς παροῦσιν οὐκ ἀπομάχεσθαι λέξεις, ὑφ' αἷς ἐκεῖνος τὸν θανατηφόρον τῆς ἀποστασίας ἔκρυπτεν ἰόν, ἔδοξεν, ὥσπερ ἔφημεν ἀπ' ἀρχῆς, ὁ τρισαλιτήριος ἐκεῖνος οὐκ ἔνοχος ἀσεβείας εἶναι, ἀλλὰ τοῦ φρονήματος ὑπάρχειν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ. ἀπολύεται δὲ διὰ τοῦτο τῆς ἐτάσεως ἠθωωμένος ὁ διπλῆς ἄξιος ὑπάρχειν τιμωρίας τῆς τε πατρῴας ἀσεβείας καὶ τῆς ἀπάτης, δι' ἧς τῶν τε κρινόντων τὴν ὀρθὴν κρίσιν διέστρεψε· καὶ δόξαν ἑαυτῷ δυσσεβέστατος ὤν, τῆς ἡμῶν εὐσεβείας περιέφερεν. πλὴν ἀλλ' ἐπείγε τοιαύταις μηχαναῖς τοῦ κριτηρίου ἀπολυθεὶς αἰτεῖ τε καὶ λαμβάνει παρὰ τοῦ βασιλέως, τύπον ἔγγραφον πᾶσαν αὐτῷ διδόντα τὴν ἄδειαν οἴκοι τε διατρίβειν, καὶ τὰ αὐτοῦ ἀνεπηρεάστως πράττειν, καὶ μηδὲν ἔτι τῶν συκοφαντῶν δεδιέναι τὰς γλώσσας. ἀπάρας οὖν τῆς βασιλίδος, καὶ καταλαβὼν τὴν Ἐπίσπαριν, συναθροίζει μὲν τοὺς τῆς ἀποστασίας μαθητάς· ἐκεῖθεν δὲ πρὸς τὴν Μανανάλιν, ἐξ ἧς ὁ προειρημένος ὡρμᾶτο Κωνσταντῖνος, φυγὰς σὺν τοῖς ἑπομένοις παραγίνεται. χρόνους δὲ ἱκανοὺς ἐν αὐτῇ καταμείνας, καὶ πολλὰς ψυχὰς ἀνθρώπων ὁ δείλαιος διαφθείρας, λοιμικῷ θανάτῳ (a) ἐπεμαίνετο γὰρ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους ἀφειδῶς τὸ ἀνθρώπινον, καὶ αὐτὸς ἁλοὺς τὸν βίον κατέστρεψεν, ἐπὶ ἔτη που τριάκοντα προστάτης τῆς ἀσεβείας γενόμενος. οὗτος οὖν ὁ τρισαλιτήριος υἱὸν ἐκ σκοτίας μίξεως, τὸν Ζαχαρίαν τίκτει, ὃν ὡς ἔφημεν ἔνιοι τῶν τὰ Μανιχαίων φρονούντων, μισθωτὸν ἡγοῦνται, καὶ τοῦ ποιμένος ἀνάξιον, καὶ τοῦ διδασκαλικοῦ χοροῦ ἀλλότριον.

Πλὴν ἀλλὰ γὰρ τοῦ Γεγναισίου ἀποφθαρέντος, τὸ τῶν μαθητῶν εἰς δύο χωρίζεται πλῆθος, καὶ οἱ μὲν τῷ Ζα-

(a) Colb. ἐπενέμετο γάρ.

*neque ipsi participare vellet.* Ille sceleſtiſſimus iterum, eum qui corpus & ſanguinem Chriſti Dei noſtri contumeliis afficeret, & extra participationem ejus maneret, anathemate feriebat; corpus & ſanguinem intelligens homo deteſtandus, non quæ Dominus noſter corpus & ſanguinem vocanda eſſe docuit, ſed dominica eloquia. De Catholica Eccleſia interrogatus, dum ſimilia reſponderet, per Catholicam Eccleſiam conſeſſus Manichæorum intelligebat, ipſoſque hoc honore afficiebat. Hæc ſequuta eſt ſexta de Baptiſmo interrogatio, *Num videlicet ipſum putaret eſſe purgationem ab animæ ſordibus, & lavacrum remiſſionis peccatorum.* Ille vero pari artificio alacriterque reſponſionem dedit, qua Baptiſmum venerabatur & admittebat: at per Baptiſmi vocem ille omnia miſcens & confundens, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſubindicabat: ſcriptum eſt enim ipſum eſſe aquam viventem. Sic doloſum illud & malis artibus plenum monſtrum; ille, inquam, qui nihil omnino quod Catholicæ Eccleſiæ eſſet, ſentiebat; imo potius omnia ipſi contraria fovebat, ſectabatur, venerabatur, quoniam Eccleſiaſticis verbis, iis qui tunc præſentes erant, adverſari non videbatur; quarum involucris vocum ille mortiferum defectionis ſuæ virus occultabat, ſceleſtus ille, ut initio dicebamus, quaſi nullius impietatis reus, ſed Eccleſiaſticæ doctrinæ ſequax evaſit. Quamobrem poſt examen abſolvitur, qui duplici dignus erat ſupplicio, ob paternam ſcilicet impietatem & ob fallaciam, qua juſtum judicium pervertit, ac ſibi, impiiſſimus cum eſſet, veræ noſtræ religionis gloriam conciliavit. Cæterum cum talibus artificiis in judicio abſolutus fuiſſet, ab Imperatore decretum petit & impetrat, qua ſibi facultas datur domi ſecure verſari, negotia abſque obice gerere ſua, nec calumniatorum linguas ultra metuere. Ab imperatoria igitur urbe profectus, cum Epiſparin ſe contuliſſet, defectionis diſcipulos convocat: atque inde Mananalim, ex qua memoratus ſupra Conſtantinus prodierat, profugus cum ſociis advenit. Ibique annis commoratus multis, cum plurimas miſer animas corrupiſſet, fero morbo, qui tunc temporis graſſabatur, diem clauſit extremum, poſtquam annis circiter triginta impietatis præfectus fuerat. Hic ſceleſtiſſimus homo ex occulta commixtione filium ſuſcepit Zachariam nomine: quem, ut jam diximus, quidam ex Manichæis, mercenarium, & paſtoris titulo indignum habent, atque à magiſtrorum choro eliminandum.

Cæterum defuncto Gegnæſio diſcipulorum turba in duas partes dividitur; alii quidem Zachariæ ſocietati ſe adjungunt;

χαρίαν ἐπαγάζονται, οἱ δὲ τὸν Ἰωσὴφ, ὃν καὶ νόθον τινὲς ἐπεφήμιζον. στάσεως δὲ πολλῆς μεταξὺ τούτων ἀναρραγείσης, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν τοῦ μὲν ὅλην εἰκεῖν ἐν ἑαυτῷ διαπληκτιζομένου, θατέρου δὲ ἀνθελκοῦντος ταύτην εἰς ἑαυτὸν, καὶ κενὸν λείπειν τὸν ἀντιστασιώτην διατεινομένου. ποῖον δ' ἂν εἴη πνεῦμα ὃ τούτοις ἂν ἐπιφοιτήσειεν, εἰ μὴ ἄρα τὸ πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον καὶ τῶν τοιούτων δοχείων ἐπάξιον; πλὴν τῆς ἔριδος δι' αὐτὸ εἴρηται κατισχυούσης, καὶ χερσὶν ἤδη καὶ πληγαῖς κρινομένης· ὑπεραλγήσας ὁ Ζαχαρίας, οἷα δὴ τῆς πατρῴας ἐλαυνόμενος κληρουχίας, παίει τὸν Ἰωσὴφ, ὡς ἐγγὺς θανάτου τὴν πληγὴν ἐλάσαι. θατέρου δὲ τῶν στρατηγῶν τῆς ἀποστασίας ἐπὶ γόνυ κλιθέντος, ἔμενεν μὲν ἑκατέρα μερὶς σφοδρότερον κατὰ τῆς ἑτέρας ἐπιθυμισαμένη· ἐχειροφυλάκει δὲ τὴν συμπλοκὴν, τὸ τέλος ἀμφίβολον ὁρωμένη τῆς μάχης. ἔδοξεν δὲ μᾶλλον, μετ' ὀλίγον χρόνον θατέραν ἀπὸ θατέρας διαστῆναι, καὶ μὴ τῷ ἀδήλῳ τῆς μάχης καταπιστευσάσας ἑαυτοὺς πανωλεθρίᾳ διαφθαρῆναι. ἑκατέρου δὲ τμήματος μετὰ τὴν περιφανεστάτην διάστασιν οὐχ ὑπ' ἀλλήλων μόνων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν πέριξ ἐξουδενιζομένου τε καὶ διασυρομένου, καὶ εἰς ᾠδὰς καὶ γέλωτα πᾶσι προκειμένου· μελέτη γίνεται παρ' ἑκατέρᾳ μοίρᾳ, πάσης ἐκείνης τῆς περιχώρου δρασμῷ λαθραίῳ ἐξοικισθῆναι. ἐν τούτῳ δὲ τῶν Σαρακηνῶν τὰ Ῥωμαίων ὅρια κατατρεχόντων, καὶ πολέμου νόμῳ τὴν ἔξοδον ποιουμένων, τὴν ἔφοδον πόρρωθεν ὁ Ζαχαρίας ἰδὼν, φυγῇ μὲν αὐτῆς ἀνακρατής· λείπων δὲ τοῖς πολεμίοις καὶ τοῖς ξίφεσι τοὺς μαθητὰς, μόνος τὸν κοινὸν ἀποδιδράσκει φόνον, τὸ γὰρ σὺν αὐτῷ πλῆθος ἅπαν τὴν ζωὴν τοῖς ξίφεσιν (a) ἀπηλάθησαν· ἥτις αὐτοῦ πρᾶξις καὶ τὸ μισθωτὸν ἀντὶ ποιμένος ἐπώνυμον τοῖς πολλοῖς περιεποίησατο. Ἰωσὴφ δὲ ἄρα, τοῖς ποσὶ μὲν ὥσπερ ὁ Ζαχαρίας οὐ πιστεύων, πανουργίᾳ δὲ καὶ μηχανὴν ῥάψαι ταχύτερος ὤν, καὶ πίστεως διαφορὰν οὐ θέλων εἰδέναι, ἐτύγχανε γὰρ ἀποδιδράσκων κατ' αὐτὴν τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον, ὅπως δὴ τοῖς εἰρημένοις θαρρήσας, καὶ μακρόθεν τοὺς πολεμίους ἐπιφερομένους θεασάμενος, ἀναστρέφει μὲν τῆς φυγῆς αὐτὸς, ἀναστρέψαι δὲ τά τε ὑποζύγια καὶ τὰς ἁμάξας τοῖς ἑπομένοις προστάττει, καὶ δὴ καταστηματίσας ἑαυτόν τε καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρὸς τὸ τῶν αὐτομόλων σχῆμα, τὴν ἀντιπρόσωπον ἤλαυνε τοῖς πολεμίοις. ὡς δῆθεν αὐτοῖς ἐπιοῦσι προσχωρῶν ἅμα τῶν συνεπομένων, καὶ δόξας τῷ πλάσματι πιθανὸς, καὶ τὰ ἐκείνων στέρξειν ὑπομοσάμενος, ἀφεῖται σὺν τοῖς ἑπομένοις τοῦ θανάτου, καὶ τῶν ἄλλων οὐδεμίαν ζημίαν ὑπέστη. χειροφυλακῶν δὲ τὸν δρασμὸν, ἐπειδὰν αὐτῷ τὸ μελετώμενον καιρὸν ἐπιτήδειον εὗρεν, φυγῇ μετὰ τῶν ἑπομένων, εἰς δὲ τὴν πολλάκις ὀνομασθεῖσαν κώμην Ἐπίσπαριν παραγίνεται, καὶ λαμπρᾶς παρὰ τῶν ἐνοικούντων τῆς ὑποδοχῆς τυχὼν, καὶ γὰρ ἦν τῶν τῆς ἀποστασίας ἐραστῶν τὸ χωρίον ἐργαστήριον, ὥστε καὶ λαμπάδας αὐτῷ κατὰ τὴν εἴσοδον παρ' αὐτῶν

alii Josephum sequuntur, quem nonnulli spurium esse dicebant. Multaque inter hos orta contentione, cum alius Spiritûs sancti vim & operationem in se totam habitare affirmaret, alius vero eamdem ipsam in se pertraheret, illâque vacuum esse adversarium suum probare conaretur. Quinam autem Spiritus ille fuerit qui in tales homines adveniat, nisi fortasse malignus & impurus hujusmodique receptaculis dignus. Cæterum accrescente ea de causa contentione, cum jam manibus & plagis decerneretur, admodum indignatus Zacharias quod paterna hæreditate pelleretur, Josephum ita ferit, ut in mortis periculum adduxerit. Altero autem ex ducibus pene prostrato, utraque factio ultro citroque urgebat, tempusque certaminis observabat, secum reputans ancipiti marte congrediendum esse. Modico elapso tempore e re fore visum est, ut altera ab alterâ factione separaretur, ne incerto pugnæ exitu mutua se internecione delerent. Cum autem post dissensionem ita conspicuam, non modo sese mutuo opprobriis impeterent, sed etiam vicinorum convitiis, cantibus, derisioni paterent, inter se utrinque consultant, ut occultâ fugâ sedes mutarent. Interea vero cum Saraceni Romanorum fines incursarent, ac belli more expeditionem agerent, eorum invasionem antevertens Zacharias fugam fecit, discipulosque relinquens inimicis & gladiis expositos, solus se subducit, ita ut cæsa tota suorum multitudine ipse incolumis evaserit: hinc porro factum est ut pro pastore mercenarius a multis audierit. Joseph vero qui pedum velocitati non tantum fidebat, quantum Zacharias, sed versutia & artibus plus valebat, cum in ipsa hostium invasione, illius circa fidem dissensionis causâ aufugeret; technis fidens, ut supra diximus, ac procul inimicorum agmen adveniens conspicatus, gradum e fuga revocat, revertique jubet jumenta & currus, ac se suosque fingens esse transfugas & deditos, in occursum hostium venit, quasi scilicet sponte cum sociis suis accederet; cumque dolis suis fidem adderet, atque juratus illorum se rebus prospicere confirmaret; cum sequacibus suis incolumis sine ullo rei familiaris damno dimissus est. Postea captato fugæ tempore, ubi occasionem sibi offerri vidit, cum sequacibus in sæpius memoratum vicum

Epissparim nempe se recipit, ubi splendide ab incolis exceptus est. Locus quidem ille hominum defectioni deditorum quasi officina erat; ita ut in ejus ingressu lam-

(a) Colb. ἀπελάθησαν.

προ-

περιθάλπεσθαι, καὶ τῆς ἄλλης πάσης θεραπείας καὶ τιμῆς, ὅσην Χριστοῦ μαθηταῖς ὀφείλεται. οὗτος δὴ οὕτω δεξιωθεὶς, χρόνον τινὰ διετέλει πλανῶν τε καὶ πλανώμενος, καὶ τοὺς πειθομένους εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας καταποντίζων βάραθρον. ἀνὴρ δέ τις, Κρικοράχης ἔχων ἐπώνυμον, τοῖς δὲ τέλεσι τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων ἐξεταζόμενος, θεοσεβὴς μὲν τὸ δόγμα, ἀγαθὸς δὲ τὸ ἦθος, τόν τε ζῆλον ἀξιάγαστος καὶ τοὺς θεοστυγεῖς μυσαττόμενος, μαθὼν τὸν πλάνον ἐπιχωριάσαντα, καὶ τὴν ἀποστασίαν ἔτι μᾶλλον εἰς ἐπίδοσιν χωροῦσαν, χεῖρα λαβὼν στρατιωτικὴν, καταλαμβάνει τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὰ τῆς ἀποστασίας ἐτελεῖτο μυστήρια· καὶ κυκλωσάμενος τὴν οἰκίαν, αὐτὸν μὲν τὸν τῆς δυσσεβείας ἔξαρχον, οἷα δὴ συμβαίνειν ἄλλων πρὸς ἄλλα τετραμμένων ἐν ταῖς αἰφνιδίοις ἐπιδρομαῖς τε καὶ ἐφόδοις, οὐχ εἷλεν, ἔλαθε γὰρ διαφυγών, τοὺς δὲ μαθητὰς συνέσχε τοῦ πλάνου, καὶ τὴν νομὴν τέως τοῦ τηλικούτου κακοῦ φερομένου ἐπέσχε καὶ ἀνεχαίτισεν. ὁ δὲ τῆς ἀποστασίας οὗτος θερμὸς διδάσκαλος Ἰωσὴφ, ᾧ δὴ αὐτῷ καὶ ὁ Ἐπαφρόδιτος ὄνομα, κραταιῶς ἐλαθεὶς ὅθεν εἴρηται, καὶ τὴν φυγὴν ἐπὶ Φρυγίας ποιούμενος, χρόνῳ ὕστερον βραχεῖ καταλαμβάνει τὴν ἐν Πισιδίᾳ Ἀντιόχειαν, ἐν ᾗ προσοικήσας, καὶ ἀδείας τῶν διωκόντων λαβόμενος, ἅτε δὴ τούτων ὡς πορρωτέρω διεστώς, πολλοὺς μὲν τῶν ἐπιχωρίων τῆς αὐτοῦ λύμης ἔργον ἀπέδειξεν, πολλῆς δὲ τῆς παρ' ἐκείνων ἠξίωται δεξιώσεως· καὶ τὴν ἀσέβειαν ἔτεσιν ὅλοις τεσσαράκοντα κηρύξας, μόλις ποτὲ τὸν ἐξάγιστον καὶ ἐβδελυγμένον καταλύει βίον, ἐν προαστείῳ τῆς εἰρημένης πόλεως οὐ πόρρω διακειμένῳ, καὶ τὴν ὀνομασίαν Χορτοκόπιον ἐχούσῃ.

Ἔτι δὲ τοῦ τελεσαλιτηρίου τοῦ βίου προόντος καὶ ἀκμάζοντος τῆς ἀσεβείας, μία τις τῶν συνήθων αὐτοῦ ἀνδρὶ διὰ γάμου ἡρμοσμένη, ἐξυβρίζει μὲν τὴν ἀσύλευτον κοίτην, ἔκδοτος δὲ γίνεται μοιχείᾳ. τὸν δὲ (2) διαρρήξαντα τοὺς ἀλλοτρίους γάμους, ἕνα μὲν εἶναι τῶν μαθητῶν φασι τοῦ πλάνου· ἐξ Ἑβραίων δὲ πρὸς τὴν ἄθεον θρησκείαν μεταβληθέντα. πλὴν ἐκ τοιαύτης ἀδίκου τε καὶ ἐβδελυγμένης μίξεως, τίκτεται τῇ μοιχαλίδι τὸ ἐπ' αἰσχρότητι καὶ βδελυρίᾳ περιβόητον ἄγος, ὁ ῥυπαρὸς καὶ ἀκάθαρτος Βαάνης. οὗτος οὖν τὴν κορυφαίαν τῶν κακῶν ὁ χείριστος, διαδέχεται τὸν εἰρημένον Ἐπαφρόδιτον ὁ Βαάνης· εἰς πάντα μὲν τὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οἷς συνεκροτεῖτο ἡ ἀσέβεια, στέργων, ἀκαθαρσίᾳ δὲ βίου καὶ σωμάτων μίξεσιν ἀρρήτοις καὶ ταῖς ἄλλαις ἀθεμιτουργίαις τοὺς ἔμπροσθεν φιλονεικῶν ἀποκρύψασθαι, διετέλει διδάσκων τοὺς πειθομένους τὸ ὀλέθριον μάθημα. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους συναναφύεται τῷ πολυμόρφῳ τούτῳ καὶ βδελυρῷ θηρίῳ ἕτερόν τι παραπλήσιον, δρακοντείου γέμον ἰοῦ. κώμη δὲ ἦν αὐτοῦ πατρὶς ἡ Ἀνία, τῇ Ταβίᾳ πλησιάζουσα πόλει, καὶ Δρυῖνος ἦν τῷ δειλαίῳ τὸ ὄνομα, τὸ κλήσεως θριαμ-

(2) Coisl. διαρρήξαντα.

pades accenderentur, aliaque honoris signa adjicerentur, qualia Christi Discipulis debentur. Sic amice susceptus, aliquo tempore ibidem versatus est alios decipiens & deceptus ipse, asseclasque suos in perniciei barathrum deprimens. Quidam porro Cricoraches nomine, qui inter regionis magistratus numerabatur doctrinâ pius, honestis moribus, religionis studio admirabilis, qui illos Dei osores detestabatur, ubi comperit seductorem in illo vico degere, & defectionem magis magisque propagari, collecta militum manu, in locum ubi apostasiæ mysteria celebrabantur se contulit, obsessaque domo, impietatis principem, ut solet fieri in repentinis hujusmodi expeditionibus, dum alii ad alia vertuntur, capere non potuit, fuga quippe se subduxerat; discipulos autem ejus comprehendit, & grassantem tanti mali pestem coërcuit, & dissipavit. Fervens autem ille apostasiæ doctor Josephus, qui etiam Epaphroditus vocabatur, vi expulsus ex eo loco, ut dictum est, & fugâ dilapsus in Phrygiam, brevi postea tempore Antiochiam Pisidiæ contendit; ubi advena cum esset, tutusque ab insequentibus, utpote qui ab illis longissimo spatio distaret, multos incolarum ad pestiferam suam sectam abduxit, magnamque apud eos benignitatem expertus est, qui postquam impiam illam doctrinam per annos quadraginta plenos prædicaverat, scelestam exsecrandamque vitam cum morte commutavit in suburbio prædictæ urbis, quod Chortocopium vocatur.

Cum autem superstes adhuc esset & impietate floreret, mulier quædam ipsi familiaris, quæ viro nupta erat, inviolabile connubii torum despexit, & fornicationi se dedidit: aiunt porro eum qui alienas nuptias violavit seductoris discipulum fuisse, qui ex Hebræis ad impiam illam religionem transmigraverat. Ex iniqua porro & abominanda hujusmodi commixtione, adultera mulier famosum illud turpissimumque scelus peperit, exsecrandum nempe Baanem. Hic igitur nequissimus Baanes memoratum Epaphroditum excipit, qui omnia prius stabilitæ impietatis dogmata retinens, impuritate autem vitæ, & nefandis corporum mixtionibus aliisque sceleribus prædecessores suos occultare studens, perniciosam disciplinam sequacibus suis tradere perseveravit. Eodem porro tempore huic multiformi & horrendæ feræ, alia similis adnascitur, draconis veneno plena. Huic patria erat Ania vicus, Tabiæ urbi proximus; scelestoque nomen erat Dryinus, quod vocabulum latinan-

βεύσης τὸν ἰοβόλον καὶ φθοροποιὸν ὄφιν κρυπτόμενον ἐν ἀνθρωπίνῳ σκηνώματι. τούτῳ δὲ θείῳ τίκτεται παῖς ἐξ αὐτῶν οἶμαι τῶν ἰοβόλων μᾶλλον σπερμάτων τοῦ ἀρχαιοκάκου ὄφεως ἢ ἐκ τῆς πατρικῆς φύσεως ἕλκων τὰς ἀπαρχὰς τῆς γενέσεως. τίθεται δ᾽ οὖν ὁ πατὴρ τῷ γεννηθέντι κλῆσιν τὸν Σέργιον, σκεῦος ὕστερον ἀναδειχθέντα πᾶσαν τοῦ διαβόλου τὴν κακίαν χωρῆσαι δυνάμενον· πιθανὸν μὲν κηρύξαι τὴν ἀσέβειαν, δραστήριον δὲ καιροῦ καλοῦντος κρύψαι τὸ φρόνημα, καὶ δεινὸν μὲν τὴν ἀρετὴν σχηματίζεσθαι· ὀξὺν δὲ δόλους ῥάψαι καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων συνελκύσαι πρὸς ἀπώλειαν, καὶ συντόμως φάναι τῶν ἐν τῇ ἀποστασίᾳ πώποτε γεγονότων πρὸς πᾶσαν δραματουργίαν δεινότατόν τε καὶ πιθανώτατον. οὗτος ὁ ἐπάρατος ἄλλα τε καὶ ἔκθεσμα τοὺς ἠπατημένους μυσταγωγῶν καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν κατὰ μικρὸν εἰς τὸ ἐξηρμένον τούτοις παραπιθείς, καὶ καταπιστεύων οὐδὲ παράκλητον οὐδὲ πνεῦμα ἅγιον, ὢ γλώσσης καὶ ψυχῆς καὶ νοὸς καὶ στομάτων θεομάχων, καλεῖν ἑαυτὸν κἀκείνους ὀνομάζειν τε καὶ νομίζειν οὐ μὲν οὕτω ὑπὸ φρικτὸν ἦν οὔτε ἀθεώτατον. παρεδίδου δὲ ταῦτα μυστικῶς καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν πρὸς ἀλλήλους, τοὺς ἔξωθεν ἀκροατὰς ἀναξίους εἶναι τελετῆς τοιαύτης καὶ μυστηρίων ὁ θεομάχος διατεινόμενος. καὶ οἵγε τρισάθλιοι καὶ τῆς αὐτοῦ μυσταγωγίας ὡς ἀληθῶς ἄξιοι τὴν τοιαύτην τῆς ἀσεβείας ὑπερβολὴν οὔτε διέπτυον οὔτε ἐμυσάττοντο, ἀλλ᾽ ἀπεδέχοντό τε τὴν μηδεμιᾷ ἀθεότητι ὑπερβολὴν λιποῦσαν ἀσέβειαν, καὶ ταῖς περὶ ἑαυτῶν ἐπεκύρουν ψηφίσμασιν· οὕτω τὸ ἄθλιον, οἴμοι, ζῶον ὁ ἄνθρωπος, ἐπειδὰν ἀποστῇ τοῦ πλάστου καὶ τῆς ἐκείνου αὐτὸν προνοίας διατέμῃ, ὅλως γίνεται θήραμα τοῦ πονηροῦ καὶ πρὸς πᾶσαν κακίαν ὑποβρύχιος φέρεται. ἔλεγεν δ᾽ οὕτω ἑαυτὸν ὁ ἐξώλιστος ἐκεῖνος καὶ λυχνοφανῆ ἀστέρα καὶ πολλὰ ἄλλα σιγᾶσθαι μᾶλλον ἢ θριαμβεύεσθαι ἄξιον. ἀλλὰ γὰρ οὗτος ὁ θεοβλαβὴς Σέργιος, πατρὸς γεγονὼς δυσσεβεστάτου ὡς μοι εἴρηται οὐκ ἐκ τοῦ φύντος τὰ τῆς ἀποστασίας τελεῖται μυστήρια· ἔτι δὲ τὴν ἡλικίαν νέαν ἄγων προσφθείρεται γυναικί τινι πρεσβευούσῃ τε καὶ κηρυττούσῃ τὰ Μανιχαίων ὀλέθρια δόγματα, καὶ συχνὸν χρόνον τελεσθεὶς ὑπ᾽ αὐτῆς καὶ συντελεσθεὶς τὴν ἀσέβειαν γίνεται τοῦ ἀντιχρίστου πρόδρομος. ἔδει γὰρ ἔδει τοὺς τῆς βδελυρᾶς ταύτης καὶ θεομάχου ἀποστασίας διδασκάλους καὶ κήρυκας τοὺς μὲν Ἀγαρηνῶν εἶναι γεννήματα, τοὺς δὲ τοῖς τῆς δουλείας κατεστιγμένους ὀφθῆναι καὶ ὕβρεσι καὶ παθήμασιν, ἄλλους μοιχείας προελθεῖν βλαστήματα, ἑτέρους δὲ παραφροσύνης γυναικείας καὶ ἐμμανοῦς γνώμης μαθητὰς ἐπιγινώσκεσθαι. πλὴν ἀλλ᾽ ὅγε Σέργιος ὡς διὰ βραχέων φάναι ὧδέ πη τὴν τῆς ἀποστασίας κατήχησιν ἄρχεται παραδέχεσθαι. ἡ προειρημένη μανιχαία γυνὴ ὡς εἶχε τὸ πρῶτον εἰς ὁμιλίαν αὐτῷ κατέστη, ἵνα τί φησιν εἰπέ μοι τὰ θεῖα οὐκ ἀναγινώσκεις εὐαγγέλια. ὁ δέ, οὔπω γὰρ ἦν αὐτῷ διὰ ἐγκάτων βαθύνας ὁ τῆς ἀποστασίας ἰός,

tem in humano corpore venenosum perniciosumque serpentem indicabat. Feræ hujusmodi nascitur filius, ex ipsis ut puto veteris serpentis venenosis seminibus potius ortum ducens, quam ex parente suo. Proli suæ pater nomen imponit *Sergius*, quod vas esse totius diabolicæ nequitiæ capax sequentia demonstrarunt. Is erat ad persuadendam & prædicandam impietatem natus, versutus in occultanda tempore ita suadente sententia sua, ad simulandam virtutem compositus, acutus ad dolos struendos, & ad pelliciendas in perniciem animas; atque ut compendio dicam, omnium qui ante se defectioni nomen dederant, ad quodvis technarum genus paratissimus, & ad persuadendum aptissimus. Hic itaque maledictus homo cum alia multa deceptis sequacibus tradidit; tum quid circa seipsum sentiendum esset, paulatim de se sublimi modo proponens, & ad credendum inducens, non dubitavit nec inhorruit, ô linguam & animam, & mentem & ora Deo inimica! & seipsum & illos vocare Spiritum sanctum. Hæc porro tradidit impius ille, ut clam & mystice sic loquerentur & crederent, talium mysteriorum externos auditores indignos esse jactitans. Illi autem miserrimi, & ejus mystagogiæ revera digni, tantam sceleris atrocitatem neque respuebant, neque detestabantur; sed recipiebant eam, etsi nulla major umquam impietas fuerit, suisque calculis & suffragiis illam confirmabant: sic miserum illud animal homo, cum a creatore suo recesserit, & ab ejus providentia se sequestraverit, statim præda maligni spiritus efficitur, in omnemque nequitiam demergitur. Se item nequissimus ille stellam splendidissimam dicebat, & multa alia quæ potius silentio tegi, quam publicari debent. Improbus porro ille Sergius, etsi impiissimo patre natus esset, ut diximus, non a parente mysteriis apostasiæ initiatus est; sed cum adhuc teneræ esset ætatis, a muliere quadam quæ perniciosa Manichæorum dogmata tuebatur & prædicabat, initiatus & diuturna mysteriorum tractatione in impietate consummatus, antichristi prodromus efficitur. Par erat enim, par erat detestandæ hujus & Deo inimicæ apostasiæ doctores & præcones, alios Agarenorum prolem esse, alios servituris contumeliosis notis inustos, alios adulteriorum partus, alios muliebris insaniæ & furiosæ doctrinæ discipulos comprobari. Cæterum, ut paucis dicam, Sergius apostasiæ disciplinam sic accipere incipit. Prædicta Manichæa mulier, ubi primum cum illo colloquia miscuit: Cur, inquit, divina non legis Evangelia? Ille vero, qui nondum apostasiæ virus in præcordiis tam profunde posi-

μὴ δέξασθαι φήσας τὸν τὴν λαϊκὴν πληρῶσαι τάξιν οὕτως ἀνέδην τὴν τῶν φρικτῶν λογίων ποιεῖσθαι ἀνάγνωσιν, ἀνεῖσθαι γὰρ τοῖς ἱερεῦσι τὸ ἔργον. ἀκούει παρὰ τῆς μαινάδος ὡς μάτην αὐτῷ ἡ τοιαύτη περὶ ταῦτα τιμᾶται εὐλάβεια· μὴ γὰρ εἶναι προσωποληψίαν παρὰ τῷ θεῷ, πάντας γὰρ βούλεσθαι αὐτὸν σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ἀλλὰ τό γε διακεῖσθαι εὐλαβῶς ὑμᾶς περὶ τὰ κυριακὰ λόγια, οὐ τιμῆς ἐκείνων ἐστὶ πρόνοια, μηχανὴ δὲ καὶ σόφισμα τῶν λεγομένων ὑμῶν ἱερέων, οἳ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καπηλεύειν ἐθέλοντες καὶ τῶν ἐν εὐαγγελίοις μυστηρίων ἀμετόχους εἶναι σπουδάζοντες, διὰ τοῦτο μὴ παραπλησίως ὑμᾶς ἐκείνοις ἀναγινώσκειν ταῦτα ἀπείργουσιν. ἐπεὶ καὶ ὅσα ὑμῖν εἰς ὑπήκοον ἀναγινώσκουσι περικόπτοντες τοῦ ὅλου σώματος καὶ ἀποσπαράσσοντες, οὕτως ὑμᾶς ἀκροατὰς τῶν λεγομένων παραλαμβάνουσιν. οὕτως μὲν τὴν πρώτην πεῖραν ἡ μάχλος καὶ μαινὰς τοῦ πεσεῖν ἑτοίμου προσεῖχεν ὑποσύρουσα τε τὸν νοῦν τοῦ ἀθλίου καὶ διαμοχλεύουσα· ἐφεξῆς δὲ προσηρώτα, τί δὲ βούλεται δηλοῦν τὸ κυριακὸν λόγιον ἐκεῖνο τὸ λέγον· πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγοντες, κύριε κύριε οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν. καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς, ἀποχωρεῖτε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. τίνες ἄρα εἰσὶν οὗτοι πρὸς οὓς ὁ κύριος λέγει, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. ἀλλ᾽ ἡ μὲν ταῦτα διηρώτα. ὁ δὲ τῶν ἀγελαίων εἷς ὢν ἔτι καὶ ἀγροίκων καὶ τῶν θείων λογίων παντελῶς ἀμαθής, διαπορούμενος μὲν ἐσιώπα· ἐζήτει δὲ παρ᾽ αὐτῆς τῆς διαπυνθανομένης τὸν νοῦν τῶν ἐπηρωτημένων ἀναμαθεῖν. ἡ δὲ τοῦτο μὲν εὐθὺς οὐκ ἐποίει. δεινὸν γὰρ γυνὴ θηρεῦσαι δι᾽ ἀναβολῆς τὸ σπουδαζόμενον· εἰς ἐπιθυμίαν δὲ μᾶλλον τὸν ἀπατώμενον τῶν ζητουμένων ἐκκαίουσα καὶ προσαναφλέγουσα, οὗ μὲν ἐγλίχετο τυχεῖν οὐκ ἐδίδου, προὔτεινε δ᾽ αὐτῷ ῥητὸν εὐαγγελικὸν ἕτερον, περὶ τίνων εἰπεῖν νομίζει τὸν κύριον, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ Ἀνατολῶν καὶ Δυσμῶν ἥξουσι καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· τίνας δὴ τοὺς υἱοὺς τῆς βασιλείας ὑπονοεῖς, καὶ πῶς ταύτης ἀπερριμμένοι τῷ ἐξωτέρῳ σκότει περιπίπτουσι. ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα τὸ γυναικόμορφον ἐκεῖνο τῆς ἀπάτης ὄργανον τῷ τρισαθλίῳ προτείνουσα καὶ κατὰ μικρὸν ὑπογοητεύουσα, ἐπειδὴ ὅλον αὐτῇ προσκλιθέντα εἶχε καὶ καθάπερ διδασκάλῳ προσέχοντα ἰδεῖν ὑπολαβοῦσα, τῆς βασιλείας ἔφησεν υἱοὶ οἱ ταύτης μὲν ἐκβαλλόμενοι τῷ σκότει δὲ τῷ ἐξωτέρῳ καταδικαζόμενοι οὗτοί εἰσιν, οὓς σύ τε καὶ οἱ κατὰ σὲ ἁγίους καλοῦσι καὶ νομίζουσι, οἳ καὶ πάθει δαίμονας θεραπεύουσι καὶ δαίμονας πάθει φυγαδεύουσιν, οἷς καὶ προσάγειν διεγνώκατε σέβας τὸ

